mia ꝛ copioſa apud eū redē. Ad Ti
tū. ii. Scđꝫ ſuā miaꝫ ſaluos nos fe-
cit. De his trib᷒ dr̄. i. Cori. i. Qui fa
ctus ē nobis a deo ſapiētia ꝛ iuſticia
ꝛ ſctificatio ꝛ redēptio. Sapiētia in-
q̄tū mūdū illuminauit. Iuſticia ꝛ ſcti
ficatio inq̄tū mūdū iuſtificauit ꝛ re
cōciliauit Redēptio inq̄tū mūdū re-
demit. In huius ſctificationez de
xp̄i corpe dū eēt in cruce tres fōtes
emanauerūt. ſcꝫ aqua ſanguis ꝛ la
chryme per aquā itelligiť ei᷒ ſapiē
tia ſiue doctria q̄ mūdū ab errorib᷒
abluit. Ezechie. xxxvi. Effūdaꝫ ſup
uos aquā mūdā. Effluxit ſanguis q̄
vos redemit. Appoc. v. Redemiſti
nos i ſanguine tuo. Effluxeꝛt lachri
me qb᷒ nos patri recōciliauit heb.
v. Cū clamore valido ꝛ lachrymis
offerēs: exaudit᷒ eſt p ſua reueren
tia Tertio poſt ſuā reſurrectionez
exiuit de mūdo ꝛ vēit i celū: ꝛ lꝫ i agro
celeſti plātaſſet tantū lilia āgelorū
poſt aſcēſionē tamē ibi plātauit ro
ſas martyrū Eccle. xxiiii. q̄ſi plāta
tio roſe i hierico. Violas ꝯfeſſorū ꝛ
lilia ꝟginū. Cañ. ii. Ego flos cāpi q̄
ad prios. Liliū ꝯualliū q̄ ad ſecun-
dos. Vł pōt dici q̄ deus hꝫ q̄ttuor
agros ſcꝫ celū terreſtrē paradiſum
mūdū ꝛ virgīs vterū in celo ſemina
uit naturā āgelicā. Sꝫ aliq̄ eoꝝ fa-
cti ſūt tāq̄ terra ſec᷒ viā dum ſuper
ne cogitatiōes p eos tranſitū fece-

rũt:⁊ ſic mala volucris.i.ſupbia il-
lud ſemẽ deuorauit.i treſtri para-
diſo ſeīnauit ꝑmos parẽtes:ſ; qñ nõ
dũ hẽbãt altitudine tre.i.pleitudi-
nẽ gr̃e ꝯſũmate.orto ſole tẽtati ꝺis
diabolice aruerũt.i agro mũdi.ſemi
nauit gen⁹ hũanũ:ſ; fere oẽs a ſpi-
nis diuitiaꝝ ⁊ ſollicitudinũ ſu ffocãt
i agro vẽi ꝟgīalis ſemiauit ſeipũ
i q̃ fuit clauſura oīmode cuſtodie.al
titudo tre.i.ꝯſũmatio gr̃e i q̃ nulle
ſpie ſollicitudis fuerũt mũdãe.Et iõ
ei⁹ tra fecit fructũ triceſimũ iquã-
tũ matrimõio ꝯiuncta. Sexageſi-
mũ inquantũ fuit poſtmodũ vidua
derelicta ⁊ tamẽ ſemp erat ꝟgo in
corrupta:⁊ cẽteſimũ iquãtũ fuit vir
go ꝑpetua.Secũdo requirit i bono
ſemiatore magna ꝑitia:quod nota
tur cũ dicit:Semiare ſemẽ ſuũ. Pe
ritia aũt ſeminãdi non acquirit ex
vno actu ſemiandi:ſ; ex frequenti
vſu ſeminãdi Chriſtus eñ a princi
pio mũdi ſeminare icepit Nam ſe
minauit pⁱo patriarchas poſtea ꝓ
phetas:deĩde apoſtolos:deĩde mar
tyres:deide ꝯfeſſores deide virgi
nes. In ſuper i ipſis ſua ſemina ſe-
minauit. Nã i patriarchis ſemina
uit magnã fidẽ ⁊ miſericordiã i ꝓ-
phetis magnã ſapiẽtiã i apoſtolis
magnã plenitudinẽ gr̃e in martyri
bus magnã ꝯſtãtiã in confeſſorib⁹
magnã tẽperãtiã in virginib⁹ ma-
gnã mũdiciã.iſta ſignificant.Eſay.
xxviii. Nunq̃d tota die arabit arãs
⁊ ſeret ꝓſcindet ⁊ ſarciet humũ ſuã
Nõne cũ adequauerit faciem eius
ſeret gith ⁊ cyminũ ſparget ⁊ põet
triticũ ꝑ ordinẽ ⁊ hordeum ⁊ miliũ
⁊ viciã in finib⁹ ſuis. Gith ſecũdũ
glo.ẽ gen⁹ leguminis ſimile cymi-
no in quãtitate:ſed nigri coloris et
i pane dulcorãdo ſpargit.Cyminũ
ſemẽ aromaticũ ⁊ mediciale.Tri-
ticũ ſcd̃m iſido.dicit tritura eo ꝙ in
area terit ⁊ purũ in horreo colloca
tur.Vicia ſcd̃m eũdẽ dicit a victoria
eo ꝙ tunc victores inde coronabã
tur.Miliũ ſecũdũ eundẽ dicit a mul
titudie:vel ſcd̃m quoſdã a mille eo ꝙ
vnũ gnũ ſeminatũ ſepe i mille ꝯſur
gat.Hordeũ dr̃ q̃ſi aridũ. Tũc igit
de⁹ ſeminauit gith.qñ patriarchas
dedit q̃ mundũ inſipidũ ſua fide dul
corauerũt.Tũc ſeminauit cyminũ
qñ ꝓphetas ꝓduxit qui medicina-
lia verba habẽtes multos ſanaue-
rũt Tũc ſemiauit triticũ quãdo a-
poſtolos dedit q̃ tribulatiõib⁹ triti
reponi i horreo celeſti puriſſimi fu
erũt Tũc ſemiauit viciam quãdo
martyres ꝓtulit q̃ victores exiſten
tes coronã vite acq̃ſierũt. Tũc ſemi
nauit miliũ quãdo cõfeſſoꝝ multi
tudinẽ adduxit:q̃ ẽ tãta vt nũerari
nõ poſſit.Apocal.vii.Vidi turbam
magnã quã dinumerare nemo po-
terat Tũc ſemiauit hordeũ qñ vir-
gies ꝓtulit q̃ ab oĩ hũore ꝯcupiſcẽ-
tie ſua corpora deſiccauerũt ⁊ arida
fecerũt.Quotidie etiã iſte ſemina
tor corda nr̃a ſcidẽ nõ ceſſat: ⁊ ſctã
deſideria ſeminatꝰ ſꝑmiſit.Eſay.
xxviii. Nũquid tota die arabit a-
rans ⁊c.Tertio requirit i ſemiato
re bono magna ꝓuidẽtia:vt ſcilicet
traz diligẽter colat:qḋ notat cũ dr̃:
Aliud cecidit in terrã bonã:⁊ ortũ
fecit fructũ cẽtuplũ.Tres ei agros
de⁹ nobis dedit.ſ.corpus animam ⁊
paupes:vt ſcz corpus ſeminem⁹ pu
ritate ⁊ mũdicia.Animam ſuauita
te ⁊ deuotione in eterna Pauperes
pietate ⁊ miſericordia. et ſi iſti agri
taliter fuerit ſemiati centeſimum
fructũ reddent Centeſim⁹ eñ fru
ct⁹ debet virginibus q̃ corp⁹ ſuum
diligenter excoluerũt. Sicut enim
nũer⁹ cẽtenari⁹ de leua ad dexterã
tranſit:⁊ circulũ facit. Sic virgini
tas hominẽ de conditione humana
tranſire facit in dignitatẽ angelicã
⁊ celeſtem acquirit coronam.Debe
tur eñ ꝯtemplatiuis.vnde dicitur
Gen̄.xxvi.Seuit autem yſaac i ter
ra illa:⁊ inuenit in illo anno centu-
plũ.Iſaac qui interꝑtatur riſus ſi-

gnificat virũ ꝯtẽplatiuũ qui facit ri
ſuz ɗo gaudiũ ãgelis ⁊ ipſe etiã gau
det in corde ſuo. Debet etiã paupe
rib⁹ xpi: qui oĩa propter deũ reliq̃=
rũt ⁊ pauperibus dederunt Math.
xix. Oĩs q̃ re liq̃rit domũ ⁊c. centu
plũ accipiet: ⁊ vitã eternam poſſi=
debit. Sed ſicut dicit Chryſo. Non
videt fuiſſe ꝓuidẽtia ſecus viã. vel
ſupra petrã vel iter ſpinas ſemiaſ=
ſe. Et ad hoc triplex ratio aſſignat
Una ẽ q: ſicut ille qui ſeminat ſine
diiudicatiõe mittit ſemina; ſic p̄di=
cator nõ debet diiudicare diuitẽ vł
paupez ſtudioſũ vel deſidẽ. Roman.
i. Grecis ac barbaris: ſapiẽtib⁹ ⁊ in
ſipiẽtib⁹ debitor ſũ. Scḋa ratio q:
quãtuz ad ſeminationẽ materialez
ſecundũ eũdẽ Chriſoſtom. Nõ eſſet
ꝓuidẽtia ĩ tali terra ſeminare vbi
frequẽs eſſet via: q: nõ eſt poſſibile
viã nõ ẽẽ viã: petrã fieri terrã: vel
ſpinas nõ eſſe ſpinas. Quãtũ ad ſe
minationẽ ſpiritualẽ ꝓuidẽtia eſt:
q: ille q̃ erat via poteſt nõ cõculcari
⁊ ille q̃ erat petra põt terra pinguis
fieri: ⁊ in illo in quo erant ſpine poſ
ſunt ipſe ſpine eradicari. Tertia ra
tio eſt ob predicatoꝝ cõſolationem
vt nõ cõtriſtẽtur ſi ſemen ſuũ in mł
tis perire conſiderãt: q: ⁊ in xp̄o ſi=
mile accidiſſe videt. Mat. x. Nõ eſt
diſcipulus ſup magiſtrũ. Quarto re
quiritur in bono ſeminatore ma=
gna patiẽtia. quod notat cũ dicitur
Et fructũ afferũt in patiẽtia. Jaco.
v. Ecce agricola expectat p̄cioſum
fructũ terre ⁊c Sepe deus alicui ĩ=
mittit aliquod bonũ ꝓpoſitũ vł per
ſuũ predicatorẽ aliquod bonuz ver
bũ. ⁊ tamẽ patiẽter expectat donec
fructũ accipiat: aut tẽporaneũ in iu
uẽtute aut ſerotinum in ſenectute.
Hoc ſignificatũ eſt Luce. xiii. ĩ ficul
nea q̃ per tres annos fructũ nõ fe=
rebat q: cũ p̄cidenda eſſet rogauit
agricola vt quartus ãnus expecta=
retur. Primus annus eſt. pueritia.
Secũdus iuuẽtus. Tertius matu=
ra etas. Quart⁹ ſenect⁹. Eſa. xlvi.
Uſq; ad ſenectã ego ipſe ferã ⁊ vſ=
q; ad canos ego portabo. Deus eñ
portat peccatores vſq; ad canos. i.
vſq; ad maturitatem. et vſq; ad ſe=
nectã id eſt vſq; ad ſenectutem.

¶ Sermo. ij. vnde ſupra.

SEmen ẽ ver=
bũ dei. Poſtq̃ dictũ ẽ de
ſeminatore dicẽdũ eſt hic
de ſemĩe. Et aũt ſemẽ ỽ=
bum dei. quod xp̄s de celo attulit: ⁊
in terram ſeminauit. Niſi eñ hoc
ſemẽ xp̄s attuliſſet: totus mũd⁹ in
ſuis ſcelerib⁹ permanſiſſet. Eſaye.
i. Niſi domin⁹ exercituum reliq̃ſſet
nobis ſemẽ: quaſi ſodoma fuiſſem⁹
Eſt aũt duplex ſemen mũdo neceſ=
ſariũ. Unũ eſt quod ſeminauit xp̄s
ſcilicet verbum ſuũ. Aliud quod ſe
minare debet homo ſcilicet largi=
tio elemoſynarũ. Sed p̄io videndũ
eſt: q̃re verbum dei ſemen dicitur.
Et poſtmedũ quare elemoſynã ſe=
men vocat. Dicitur aũt verbum
dei ſemen: q: in ſemĩe eſt calor na=
turalis quo planta fouetur. et hu=
mor nutrimẽtalis quo planta nutri
tur Et eſt ratio ſeminalis qua vnũ
ſemẽ ex alio generat. Dicitur ver=
bũ dei ſemẽ ex eo q᷑ hz virtutem ca
lefactiuã nutritiuam ⁊ generatiuã
Habet quidẽ virtutẽ calefactiuam
⁊ inflammatiuã. ꝓuerbiorum. xxx.
Omnis ſermo dei ignit⁹. P̄s. Igni=
tum eloquiũ tuũ vehementer. Sed
ſi ſermo dei eſt ignit⁹ ⁊ peccatores
ſũt frigidi. Hierem. vi. Sicut frigi
dã facit ciſterna aquã ſuã: ſic frigi=
dã fecit maliciã ſuã quare ad verba
dei nõ protin⁹ inflammat. Ad hoc
dicendum q᷑ hoc accidit tribus de
cauſis. P̄ia q: ad iſtũ ignem nõ ap
propiquãt: ſed aut corpore aut cor=
de ſe elõgãt. Qui autem appropin=
quãt corpore attende audiendo et
corde deuoto itelligẽdo iſti illumi=
nãtur ⁊ inflãmantur. P̄s. Accedite

ad eu3 ⁊ illuminamini. Deut.xxiii.
Qui appropiquāt pedib⁹ ei⁹: acci=
pient de doctrīa illius iō duo diſci=
puli q̄ appropiquauerunt inflāmati
erāt: dicētes. Luce vltio. Nōne cor
nr̄m ardēs erat. ⁊c. Secunda cauſa
eſt q: iter ſe ⁊ iſtū ignē ponunt ma=
gnū obſtaculū ⁊ muru3 ferreum ſc3
mortale pctm̄ Treñ.iii. Oppoſuiſti
nubē tibi ne trāſeat orō. Ezecchie.
iiii. Sūe tibi ſartaginē ferreā ⁊ po=
nes eā murū ferreū iter te ⁊ ciuita
tē. Pctm̄ ei mortale dicit̄ nubes: q̄a
facit aia3 tenebroſā Et dicit̄ mur⁹
ferreus: q: facit animā obſtinatam
Et dicit̄ ſartago: q: facit animā i=
gnē male ↄcupiſcētie inflāmatā. Ter
tia cā ē q: p lōgā ↄſuetudinē peccā=
di ſūt cōgelati. Et iō liq̄fieri poſſūt
p mortē corpis caleſieri aūt nō poſ
ſūt p ignē gratie ſpūalis Eccli.xliii
Frigid⁹ vētus aquilo flauit ⁊ con=
gelauit criſtallus ab aqua. Aquilo
dicitur quaſi aquas ligās. ⁊ vent⁹
ē gelidus ⁊ ſicc⁹. Criſtallus autem
grece glacies latine dicitur. Per vē
tū igit̄ aq̄lonarē itelligit̄ dyabolus
a quo omne malū procedit: Hier.i.
Ab aquilōe pādetur oē malum.
Et q̄ dixit. Eſaye.xiiii. Sedebo in
lateribus aquilonis. Iſte igit̄ aqui
lo ligat aq̄s gratia⁊ ne fluāt i aia3.
Facit etiā ipam aia3 ab omi humo
re deuotiōis ſiccā ⁊ inſuo dei a mo=
rē extiguēs facit eā totā gelidā. Et
dicit Iſido q terra maiori gelu cō=
ſtrigit̄ in ſereno q̄3 i nubilo: q: bon⁹
cū icipit cōgelari fortius cōgelatur
q̄3 malus. Scd'o v̄bū dei dr̄ ſemē q:
h3 virtutē nutritiuā. Mat.iiii. Nō
in ſole pane viuit hō ſ3 in omi v̄bo
quod ꝓcedit. ⁊c. Eſt aūt triplex pi=
culū circa iſtū cibū. Unū q̄n q̄s cibū
nō ſumit. i. v̄ba dei faſtidit. P̄. Om=
nē eſcā abhominata ē aia eoꝝ. ⁊c.
Si tales portis mortis ſunt vicini:
caueāt ne fiāt itrāei. Secūdū ē quā
do q̄s cibū retinere nō pōt Grego.
Eterne mortis periculum formida
te ſi cibū ſctē exhortatiōis accipi=
tis. ⁊ in vētre mēorie non tenetis.
Tertiū ē q̄n iſte cibus non digerit̄
Tūc eīm verbū dei non digerit̄: ſed
in ſtomacho mēorie crudu3 morat̄
q̄n ꝑ opa nō implet̄. Jac. pmo. Eſto
te factores verbi dei. ⁊c. Tertio ver
bū dei dicit̄ ſemen: q: habet virtu=
tē generatiuā Jaco.i. Uolūtarie ei
genuit nos verbo veritatis. Et aūt
q̄ntuplex genertio q̄ nō poteſt fieri
niſi ꝑ verbū. Una eſt naturalis que
h3 fieri per carnis ꝓpagationem.
Nullus ei filius poteſt legitime ge
nerari niſi ꝑ verbū. i. niſi iter gn̄an
tes pus interueniat ↄſens⁹ v̄bi vt cu3
dicit vir. Accipio te in meā: mulier
accipio te i meū. Secūda ē legalis
q̄ ē ꝑ adoptionē ⁊ iſta ſimiliter ha=
bet fieri ꝑ verbū. i. per pricipis im
periū vel reſcriptū. Eodē modo ge
neratio qua i dei filios adoptamur
h3 fieri ꝑ v̄bū. i. cor.iiii. In xp̄o ei ie
ſu ꝑ euāgeliū ego vos genui. Ter=
cia eſt ſpiritualis q̄ fit ꝑ baptiſmi re
generationē. Et iſta ſimilit̄ h3 fie=
ri ꝑ verbū: vt cū dicitur. Ego bapti
ſo te. In noīe patris ⁊ filii et ſpiri=
tusſācti. Amē. Augu. Accedit v̄
bū ad elemētū: ⁊ fit ſacramentū Io.
iii. Niſi quis renatus fuerit ex aq̄ ⁊
ſpiritu ſancto. ⁊c. Et pōit hic xp̄s il
lud quod habet ſe per modum pa=
tris ſc3 aquā ↄſecratā: ⁊ illud quod
h3 ſe per modū ſpūs ſcil3 ſpiritū ſā=
ctum per modum autem ſeminis
ſe habet verbum. Quarta eſt ſacra
mentalis qua panis tranſſubſtan=
tiatur in corp⁹ xp̄i. Et iſta ſimiliter
habet fieri per verbū cum dicitur.
Hoc ē eīm corp⁹ meū. Euſeb. Inuiſi
bilis ſacerdos viſibiles creaturas
verbo dei ſecreta poteſtate ↄmutat
¶ Quita ē ſupſubſtātialis qua fili=
us dei generat̄ a p̄re. Et iſta ſīliter
h3 fieri per verbum p̄ris. P̄. Eructa
uit cor meū verbū bonū. Tūc ei pa
ter verbū bonu3 eructauit: quando
filiū de ſua ſubſtātia gn̄auit. Circa

iſtud aūt ſemē verbi dei triplex pe=
riculum eſt cauēdū. Primū ne qs ſe
minet ſemē bonū ꝛ recolligat malū
tales ſūt p̄dicatores ſtudioſi qui ſe
minā̄t verbū veritatis ꝛ recolligūt
ſpinas cupiditatꝫ. Hiere. xij. Semi
nauerūt triticū ꝛ ſpinas meſſuerūt.
Secūdū eſt ne ali9 ſeminet ꝛ ali9 me
tat. Tales ſunt p̄dicatores vaneglo
rioſi q̄ v̄ba ſeminā̄t ex quib9 alij cō=
ſequunt̄ vtilitatē ꝛ ipſi icurrerūt ſte
rilitatē. Ipſi ſunt ſicut cymbalum
quod alijs prodeſt ꝛ ſibi nocet. Mi=
chee. vj. Tu ſeminabis ꝛ nō metes.
Tertiū ē qn̄ qs ſemiat m̄ltū ꝛ recol
ligit paꝝ. Tales ſūt p̄dicatores ver
boſi qui ſeminā̄t alijs v̄ba m̄ltaꝛ ip
ſi recolligūt pua opaꝛ iō recolligūt
pua p̄mia. Aggei. j. Semiaſtis m̄l=
tū et itulistis paꝝ. Eſa. v. Triginta
modij ſemētis faciūt modios tres
Tales em̄ in auditorib9 ſeminant
triginta modios. monentes vt ſer=
uent fidem trinitatis cū decalogo
p̄ceptoꝝ: ꝛ ipſi vix fidem trinitatis
ſeruāt. Secūdo vidēdū ē q̄re elemo
ſyna ſemē dicat̄. Aſſimilat̄ aūt lar=
gitio elemoſynaꝝ ſemiationi rōne
ſeminā̄tis. et ſeminis ꝛ terre ſemi=
nā̄de. Rōne quidē ſemiā̄tis: q2 dꝫ ſe
minare ſapiēter: ꝛ fidelit̄ ꝛ perſeue
rā̄ter. Inſipiēs ſemiator eſſet q̄ poſt
tergū ſemē iactaret. Sapient̄ autē
ſemiat qui ā̄te faciē ſemē iactat. Eſt
em̄ elemoſyna inſtar cā̄dele lumen
p̄bētis: et iō aīas i tenebris ire nō
patit̄. Tho. iiij. vbi loqt̄ de elemoſy
na. Nō patiet̄ aīam ire in tenebras
Eſt inſtar pupille animā̄ dirigētis.
Eccl̄i. xxix. Ubi loquitur de elemo
ſyna. Gratiā̄ hoīs quaſi pupillaꝫ cō
ſeruabit. Et inſtar ſeminis centeſi
mū fructum reddētis ſicut dr̄ hic.
Qui igit̄ tm̄ poſt mortem elemoſy=
nas vult facere ei9 aīa cū de corpore
egredit̄ lumē hꝫ poſt tergū ſuū: ꝛ iō
viā̄ q̄ itur in celū nō pōt clare vide=
re. Oculos hꝫ poſt caput ſuum ꝛ iō
ſepe contingit in foueam purgato
rij ipm̄ occidere. ſemiāuit poſt dor=
ſuꝫ ſuū ꝛ iō nō potīt tā̄ copioſū fructū
recolligere. Secūdo dꝫ ſemiare fi=
delr̄. Ille fidel̄r ſemiat q2 ſibi quod
ſuū ē accipit ꝛ dn̄o ſuo tributuꝫ red
dit. Legit̄. Gen̄. xlvij. q2 ioſeph dixit
egyptijs. Accipite ſemia ꝛ ſerite a=
gros q̄ntaꝫ ptē regi dabitis: reliq̄s
quattuor p̄mitto vobis. De nr̄is ei
bonis opib9 vult deus vt quattuor
ptes habeam9. Prima eſt iocundi=
tas cōſcie. p̄. Iuſticie dn̄i recte leti=
ficā̄tes corda. Secūda eſt remiſſio
culpe. Tertia ē vitatio mortꝫ etne
Quarta eſt acq̄ſitio glorie. De his
trib9 dr̄ thob. xij. Elemoſyna a mor
te liberat ꝛ ipa eſt q̄ purgat ptā et
facit iuenire vitā̄ etnā̄. Quita autē
ps eſt gloria. Illa aūt nō nobis: ſed
deo dare debem9. p̄. Non nobis do=
mine: nō nobis: ſed noī tuo da glo=
riā̄. Bern̄. Si ſemen iactū i terram
bonā̄ fructū attuliſſe videt̄: illius ē
gl̄ia q̄ dat ſemē ſerēti: fecūditatem
terre ꝛ ſemini icremētū. Tertio dꝫ
ſemiare pſeuerā̄ter. Eccl̄. xj c. Ma
ne ſemina ſemē tuū ꝛ veſpe nō ceſſet
man9 tua hoc ē i iuuētute ꝛ ſenectu
te ꝛ in pſperitate ꝛ aduerſitate. Se
cūdo aſſimilat̄ elemoſyna ſemina=
tioni rōne ſeminis. Dꝫ ei iſtar ſemi
nis eſſe oculta: pura irrigua. Occul
ta: q̄dē ab oī laude hūana. eccl̄. xxix
Cōclude elemoſynā̄ in ſinu paupe=
rū. Mat. vj. Te aūt faciēte elemoſi
nā̄: neſciat ſiniſtra tua quid faciat
dextera tua. Pura ſine admixtione
zizanie .i. rei aliene. Eccl̄ia. xxxiiij.
Qui offert ſacrificium ex ſubſtā̄tia
paupeꝝ: q̄ſi qui victimat filiū i ꝯſpe
ctu p̄ris ſui. Itē irrigua. ſ. ex iterna
cōpaſſiōe. ps. Euntes ibā̄t ꝛ flebā̄t
mittētes ſemina ſua. Job. xxx. Fle
bā̄ ſup eū q̄ afflict9 erāt: et aīa mea
cōpatiebat̄ paupi. Tertio elemoſy
na ꝯparat̄ ſeminatiōi rōne terre ſe
minā̄de q2 non dꝫ committi terre p
uie et conculcate id eſt malis et ſce
leratis: qui ſunt demonib9 peruij: ꝛ

malis tētāt iōib⁹ cōculcati. Nec tre petroſe. i. ſuꝑbis ꝛ i malo īduratis. Nec tre ſpinoſe. i. mūdanis diuitijs locupletatꝫ. Sꝫ dꝫ ꝯmitti tre bone. i. bōis māſuetꝫ ꝛ egenis. Eſa. xxxij. Bti qui ſeminatis ſuꝑ oēs aq̄s imitātes pedē bouis ꝛ aſini. Pauꝑes ei dn̄r aq̄ trāſeūtes dei: iquātū diſcurrūt pp neceſſitatē vite. et dn̄r boues dei inq̄ntū portāt iugū pn ſe. Et dn̄r aſini ꝛ iumenta dei inq̄ntū hn̄t manſuetudinē ꝛ ſimplicitatē inocētie. Qui igr̄ ſuꝑ tales ſemināt: ſunt bti.

¶ Sermo. iij. de eodem.

Quod aūt cecidit i trā bonā: hi ſūt qui i corde bono ꝛ optimo audiētes vbū dei. ꝛc. poſtq̄ viſum eſt de ſemiatore et ſemine videndū eſt hic de terre qualitate ꝛ varietate. Terra aūt iſta duplex eſt. Una ē mala: alia bona. Terra mala triplex eſt. Una eſt ſec⁹ viā: alia petroſa: tertia eſt ſpinoſa. Terra ſec⁹ viā ſi nō clauditꝛ efficitꝛ via. Terra petroſa ſi non cōpluitur efficitꝛ arida: ꝛ i modū petre dura. Terra ſpioſa ſi nō colitꝛ efficitꝛ ſpinoſa vlꝛ ſpinis plena. Eſt aūt ꝑma tra q̄ efficitꝛ via ꝛ ſigt luxurioſos qui nullā clauſurā hn̄t: nec i oculis ſuis: qꝛ libentꝛ vidēt illicita: nec in aurib⁹ ſuis: qꝛ libentꝛ audiūt carnalia nec i ore ſuo: qꝛ libentꝛ loquūtꝛ verba ſcurrilia: nec in corde ſuo: qꝛ libentꝛ cogitāt imūda. Et qꝛ nullam hn̄t clauſurā iō demones eoꝝ corda frequēter ꝑambulāt. Job. ix. venerūt latrones ꝛ fecerūt ſibi viā ꝑ me. ꝛc. Libēter ea demōes ꝯculcāt. Eccle. x. Ois mulier q̄ ē fornicaria q̄ſi ſterc⁹ i via cōculcabitꝛ. Libēter i ea hītāt. Sūt eñ demones porci: et iō libenti⁹ ſtāt in corde immūdo q̄ȝ florido. ij. Petr. ij. Sus lota in volutabro luti. Sūt corui: et iō libenti⁹ ſtāt in cadauere. Sicut pꝫ in coruo quē Noe de archa emiſit: q̄ deuorationi cadauerum ſe dedit. Sūt ſerpētes īfernales. et iō libenti⁹ ſtāt in ſquamis ſpurcicie q̄ȝ i flore mūdicie. ſerpētes eñi fugiūt odorē vineaꝝ. ꝛ delectāt i ſquamis ſuaꝝ imūdiciarū. In cordi b⁹ ei luxurioſoꝝ nullū bonū ſemē creſcere pōt: qꝛ volucres. i. demones qui eoꝝ corda cōculcāt: q̄ ea ꝑambulāt: q̄ ea inhabitāt ꝛ omia aſportāt. Dn̄r autē demones volucres celi: ſiue pp aeris inhabitationē: ſiue pp naturā celeſtē ſiue pp velocitatē ad malum. qꝛ aūt luxurioſi nullū bonum ſpūale appetere poſſunt: oſtendit Chryſ. ſuꝑ Mat. ꝑ tale exemplum. Si leoni oſtendas cāpum virētem: ei⁹ appetit⁹ nō excitatur qꝛ nō eſt in naturā ſua comedere herbas: ſed carnes. Sic ꝛ aīa luxurioſi nō incitatꝛ ad deſiderādū celeſtes amenitates ſꝫ carnales voluptates. i. Coꝛ. ij. Aīalis hō non ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei. Scd̄a eſt tra petroſa ꝛ ſignificat ſuꝑbos. Suꝑbia eñ facit cor pōderoſū: frigidū: ꝛ durū. Tā pōderoſuꝫ vt celū ipm nō potuit ſuſtinere Luc. x. Uidebā ſathanā q̄ſi fulgur de celo cadētē. Tā frigidū vt null⁹ ignis diuini amorꝫ ipſum poſſit calefacere. ꝑ. Añ faciem frigoris ei⁹ quis ſuſtinebit. Tā durū vt null⁹ malleus diuini timoris ipm poſſit frāgē: nulla vnctio diuini amoris ipm poſſit emollire Berñ. Cor dūꝝ eſt qd̄ nec ꝯpūctiōe ſcinditꝛ nec pietate mollitꝛ nec mouetꝛ ꝑcib⁹ minis nō cedit: flagellis nō domatꝛ. In corde igitꝛ ſuꝑboꝝ ſic pōderoſo: ſic frigido: ſic duro nullū bonū ſemē creſcē pt. Huius exēplum ponit Chr. vbi ſupra. Si pluuia icīt ſuꝑ lapidē deſcēdat lapis a foris balneatꝛ int⁹ aūt ſicc⁹ eriſtit. Si ei pluuia vbi dei vel iſpirationis diuie cor ſuꝑbi attigerit: foris q̄dā remanet it⁹ aūt intrare nō pt. Tertia ē tra ſpinoſa. Et ſigt auaros. Diuitie ei ſpine dn̄r ſiue qꝛ ſūt latibulū ſerpētiū īfernaliū. i. Thi. vj. Qui volūt diuites fieri

ſcidũt i laq̃eos diaboli. Siue q: ſunt
materia ignis iſernalis. Eſa. xxxiij
Spine ↄgregate igni cõburẽt. Siue
ſpine q: ſub flore mũdane glie pun
gũt labore acquirẽdi timore cõſer-
uãdi: et dolore pdendi. In corde igi
tur ſic ſpinoſo. i. ſic latibulũ demo-
nũ effecto: ſic materia ignis iſerna
lis pleno: ſic laborib' timorib' ꝛ do-
lorib' lacerato: ſemẽ dei fructifica
re nõ põt. Huius exẽplũ ponit Cry.
vbi ſupra. Si enim vaſi aceto pleno
guttã mellis infundas ꝛ mel pdis:
et acetũ nõ imutabis. Mel ſũt vba
dulcia dei. ps. Quã dulcia faucibus
meis eloquia tua ſup mel ori meo.
Sunt ſpũſſancti inſpiratiõ ꝓpoſita.
Uaſa acetoſa ſũt auaroꝝ corda an-
xietatib' plena i quib' ꝛ doctria ce
leſtis pditur ꝛ iſpiratio ſuffocatur.
Scd'a aũt terra. i. bona ſilr triplex
eſt. Una eſt ei q̃ ꝓfert fructũ tricee-
ſimũ. Alia vo ſexageſimũ. Alia q̃ p
fert fructũ cẽteſimũ. Uñ dr Math.
xiij. Et fecit aliud quidẽ triceſimũ.
Aliud ſexageſimũ. Porro aliud cẽ-
teſimũ. Iſta aũt triplex differentia
fructuũ tripl'r põt cõſiderari. Pmo
q̃tũ ad tres ſtat' fideliũ q̃ ſũt icipiẽ
tes ꝓficiẽtes ꝛ pfecti. incipiẽtes ſũt
tãq̃ tra q̃ ꝓfert fructũ triceſimũ q:
ſufficit illis vt habeãt fidẽ trinita-
tis cũ impletiõe decalogi. Proficiẽ
tes ſũt tãq̃ tra q̃ ꝓfert fructũ ſexa-
geſimũ q: nõ tm̃ hñt fidẽ trinitatꝭ:
et ſeruãt decẽ pcepta: ſed etiã exhi
bẽt ſex opa mie. Perfecti ſunt tãq̃
terra optima que ꝓfert fructũ cen
teſimũ: q: hñt duplicẽ pfectionem:
ſeruãtes veteris legis pcepta ꝛ euã
gelica conſilia. Iſte triplex gradus
ſcʒ incipiẽtiũ ꝓficiẽtium. ꝛ pfectoꝝ
tãgitur. Marc. iiij. vbi dicitur. Ul-
tro eñi terra fructificat. Pmo her-
bã deinde ſpicã deinde plenuʒ fru
ctum in ſpica. Que verba exponẽs
Greg. ſup Ezech. dicit. Cum deſide
ria bona concipimus ſemẽ in terrã
mittimus. Cum vero recta opa in-
cipimus: herba ſum'. Cũ aũt ad ꝓ-
fectum boni opis creſcim' ad ſpicã
ꝑuenimus. Cũ in eiuſdẽ opationis
pfectione ſolidamur: plenuʒ fructũ
in ſpica ꝓferimus. Scdo põt cõſide
rari q̃tũ ad tres ſtatus ſaluãdoꝝ. ſ.
cõiugatos: viduas ꝛ virgines. Iſtaʒ
rõnẽ aſſignat Aug. in queſtiõibus
euãgelij dicens. Triceſimus fruct'
pertinet ad cõiugatos. Nam ꝛ iſta
digitorum cõiunctio: quaſi molli ſe
oſculo cõplectẽs ꝛ cõfederãs mari
tũ pungit ꝛ coniugẽ. Sexageſimus
ad viduas q̃ in tribulatiõe et angu
ſtia ſunt poſite. vñ ꝛ iferiori digito
depmũtur. Cẽteſim' ad vgies: qui
numer' de ſiniſtra trãſiẽs ad dexte
rã: et circulũ faciẽs exꝑmit vginita
tis coronã. Tertio põt ↄſiderari q̃-
tũ ad triplicẽ victorie modũ. Iſtaʒ
rõnẽ aſſignat Aug. ibidẽ. Quidam
eñi ſic pugnãt cũ amore mundi: vt
eos amor mũdi non vincat. Iſti hñt
triceſimũ. Alij ſic pugnãt: ꝛ ſic ſupe
rãt vt ſi denuo reſurrexerit facile
exꝑmat. Iſti hñt ſexageſimũ. alij ſic
extigũt. ſ. amorẽ mũdi vt ſe omino
nulla ex pte ↄmoueãt. Iſti hñt cẽte
ſimũ. Uel põt dici ſecũdũ Uirgilium
et palladium q: terra bona p tria co-
gnoſcit. Primo p foſſionẽ ꝛ repletio
nẽ. Si eni defecerit: erit reproba: ſi
adequata fuerit erit mediocrit bo
na. ſi ſupabũdauerit erit optia. Illi
deficiũt q̃ multa mala cõmittũt. et
pauca bona faciũt. Iſti ſũt terra re
proba Heb. vi. Proferẽs tra ſpinas et
tribulos reproba eſt. Talib' dicet.
Dañ. v. Appẽſus es in ſtatera: ꝛ iuen
tus es minus hñs. Illi adequantur
qui q̃tũ deo peccauerũt: tm̃ ſatiſfa
ciũt Roñ. vi. Sicut exhibuiſtis mẽ
bra vra ſeruire imũdicie ꝛ iniquitati
ad iniqtatẽ nũc exhibete mẽbra vra
ſeruire iuſticie in ſctificatiõe. Iſtis
dicet. Appẽſus es in ſtatera: ꝛ iuent'
es ſatis habẽs. Illi ſupabũdãt qui
opa pfectiõis faciũt ſeruãtes mãda
ta cõſilia. Luc. x. Quodcũq; ſupe-

rogaueris ego cū rediero reddā ti-
bi. Iſtis dicetur. Appēſus es i ſtate-
ra ⁊ inētus es mīꝰ hñs. Secūdo co-
gnoſcitꝰ ꝑ colorē: q͛ nigredo pigue-
dinē t͛re atteſtat. Illi ſunt igitꝰ bo-
na terra q̄ ſe denigrāt .i. ſe deſpici-
unt ⁊ humiliāt. Niger aūt color vi-
ſum congregat: albū iuxta ſe poſitū
magis cōmendat: ⁊ pupillā oculi il-
luminat. Magis ei lucet pupilla q̄n
eſt nigra q̄ ſi eſſet alba. Sic ⁊ humi-
litas aīam intra ſe cōgregat: vt ſu-
pra ſe vel extra ſe non effluat. ꝓ. Nō
eſt exaltatū cor meū ne. ꝑ elati ſunt
oculi mei. Dignitati adiūctā ipſaȝ
magis exornat. Eccl. iij. Quāto ma-
gnꝰ es: tāto hūilia te i oībus et corā
deo inuenies grām. Bern. Nō ē ma-
gnum in abiectiōe eſſe humilē ma-
gna prorſus virtus ē hūilitas hono-
rata. Hūilitas ēt in cōſpectu dei fa-
cit animā clariorē: q͛ quāto aliq̄s ē
nigrior .i. humilior in conſpectu ſui
tāto maior eſt in cōſpectu dei .j. Re-
gum. xv. Nōne cuȝ puulus eſſes in
oculis tuis: caput i tribubꝰ iſrael fa-
ctus es. Tertio cogſcitur ꝑ ſaporē:
q͛ dȝ gleba terre aqua aſpergi et ſi
fuerit ſaporis amari vel ſalſi mala
erit ſed ſi dulcis bona. Amaritudo
aīe ira eſt. iacob. iij. q͛ ſi zelū amaꝝ
hētis ⁊ contentiōes ſunt in cordibꝰ
vr̄is. ⁊c. Salſugo aīe ē auaritia. ꝓ.
Terrā fructiferaȝ in ſalſuginē. ⁊c.
Salſugo enim eſt ſalſus humor t͛re
q̄ ipſam ſterilē reddit. Nihil autem
magis animā ſterilē facit q̄ auari-
cia. Tunc igitꝰ eſt t͛ra mala aīe: q̄n
vel eſt amara ꝑ irā vel ſalſa ꝑ aua-
riciā. Illi aūt ſunt bona terra q̄ ſūt
dulces .i. qui hñt dulcia corda. pro-
uerbio. xv. c. Dulcedo anime eſt ſa-
nitas oſſium. Qui hñt dulcia verba
Eccl. vj. Uerbuȝ dulce multiplicat
amicos ⁊ mitigat inimicos. Qui hñt
dulcia ⁊ māſueta opa. Eccl. xj. Bre-
uis in volatilibus eſt apis: ⁊ initiū
dulcoris hȝ fructus eius. Eiuſdem
iij. In māſuetudine opera tua perfi-
ce: ⁊ ſup hoim gloriā diligeris.

Dñica in .l. Sermo .j.

Aſſumpſit ie-
ſus duodeci diſcipulos
ſuos et ait illis. Ecce
aſcendimus hieroſoly-
mā ⁊ cōſummabuntur
oīa que ſcripta ſunt de filio hoīs.
Tradetꝰ eñ gētibus et illudetꝰ ⁊ con-
ſpu. Et poſtq̄ flagellauerit occidēt
eū ⁊ tertia die reſurget. Luce. xviij.
Sicut dicit. Gre. Redēptor nr̄ preui-
dēs ex paſſiōe ſua diſcipuloꝝ aīos
ꝑturbādos. eis longe āte paſſionis
ſue penā ⁊ reſurrectiōis ſue gloriā
ꝑdixit vt dū morientē cernerēt: tertiā
reſurrectuꝝ eū nō dubitarēt. ⁊ tñ ip-
ſaȝ xp̄i paſſionē itelligere nō pote-
rāt. Quod tribꝰ de cāis accidit vt di-
cit Beda. Pria ē q͛ eū nimis ama-
bāt. iō mortē eiꝰ audire nō poterāt.
Sicut mr̄ q̄ filiū diligit nimis tene-
re: nō pōt audire ꝟbū de eiꝰ ſeparatio-
ne. Secūda ē: q͛ credebāt ipȝ veruȝ
deū iō ſuſpicari nō poterāt ipm mo-
ri poſſe. Tertia. q͛ credebāt ipȝ ꝑa-
bolis eloq̄: ſicut eis ſepe taliter loq̄-
batur. Duo igitꝰ xp̄s diſcipulis ꝑdi-
xit. ſ. ſuā paſſionē ⁊ ſuā reſurrectio-
nē. Circa paſſionē aūt quinq̄ ponūtꝰ
ſcȝ traditio: illuſio: flagellatio: con-
ſputio: ⁊ occiſio. Traditꝰ ei ille q̄ eſt
virtꝰ pr̄na. Illuditur aūt qui ē dei
ſapiētia. Flagellatur qui ē innocen-
tia vera. Conſpuitur qui eſt de glo-
ria. Et occiditꝰ qui eſt vita. Iſta au-
tē q̄nq̄ q̄ xp̄s paſſus ē a iudeis quo-
tidie patitꝰ ab hoibꝰ malis. Primuȝ
nāq̄ eſt traditio. Fuit autem tradi-
tus a iuda qui eū tradidit ſalutan-
do: āplexādo oſculādo ⁊ ſecū come-
dēdo. Sic ⁊ multi in iſta q̄drageſi-
ma xp̄m ſalutabūt cū orone dñicaȝ
frequentabūt. Quotiēs ei pater no-
ſter digne dicimꝰ: totiēs deū ſaluta-
mꝰ. Multi ēt xp̄m āplexabuntꝰ bra-
chio amoris ⁊ brachio timoris. Si-
gnū aūt q͛ hō xp̄m amplectitur bra-

xhio timoris ẽ q̃ſvitat pctã. ꝓuer.
xv. per timorẽ dñi declinat ois hõ
a malo. Signũ q̄ hõ xp̄m amplecti
tur brachio amoris eſt qñ facit bo=
na opa ⁊ dei ſeruat mãdata. Johã.
xiiij. Si quis diligit me ſermonem
meũ ſeruabit. Multi ẽt in iſta qua
drageſima xp̄m oſculabunt ⁊ xp̄us
eos. iuxta illud. ps ¶ Mia ⁊ veri
tas obuiauerũt ſibi. Juſticia ⁊ pax
oſculate ſunt. Ueritas ei dz eẽ ex p
te pctõris mia ex pte dei. Si pctõr
de ſe dicit ṽitatẽ pctã ſua veracit
ↄfitẽdo: mox mia xp̄i ſibi obuiat in
dulgendo. Silr ex pte pctõris dz eẽ
iuſticia: ex pte dei pax. Si em̃ pctõr
de ſe facit iuſticiã ſe p pniam puniẽ
do mox deus ip̄m oſculatur. eũ in
amicitiã recipiẽdo. Mlti ẽt cũ xp̄o
comedent qñ corpus xp̄i recipient
et tñ ad ſimilitudinem iude xp̄z ſic
ſalutatũ: ſic amplexatum: ſic oſcula
tum: ſic in menſa aſſociatũ ꝓditorie
tradũt dũ ad pctã redeũt et xp̄z de
corde expellũt diabolũ itroducunt
Fuit aũt xp̄s a trib⁹ tradit⁹. ſ. a iu=
da q̄ eũ tradidit p auariciã. Uñ dici
citur Mat. xxvi. Quid mihi vultis
dare et ego vobis eum tradã. A iu
deis qui eum tradidert p inuidiam
et maliciã. Math. xxvij. Sciebat ei
q̄ per inuidiã tradidiſſent eũ. Et a
pylato q̄ eũ tradidit ad crucifigen
dũ propter timorẽ ⁊ puſillanimita=
tẽ hũanã. Nã ſicut hr̃ Joh. xix. Cũ
iudei dixiſſent pylato. Si hunc di=
mittis non es amicus ceſarꝫ. Pyla
tus ductus timore eũ tradidit. Oẽ
em̃ pctm̃. aut fit per cupiditatẽ ma
le inflammẽtem. j. Tim. vi. Radix
oim maloꝝ eſt cupiditas. Jſti tra
dunt xp̄m cum iuda. Tales ſunt: ſi
moniaci vſurarij et auari. Aut fit p
maliciã ſupnã grãm perſequẽtem.
Jſti tradũt eũ cũ iudeis. Tales ſũt
inuidi ⁊ maligni qui dona ſpũſſan=
cti in alijs perſequuntur. Aut fit p
infirmitatem hũanam aliquaten⁹
inducentem. Jſti tradunt eum cuꝫ
pylato. Tales aũt ſunt timidi ⁊ pu=
ſillanimes qui plus timẽt hominẽ
mortalẽ q̄ deũ viuum. Secũdũ aũt
eſt illuſio. Jlluditur autem xp̄s ⁊ ir
ridetur maxie a trib⁹ generib⁹ ho=
minũ. Prio a duris ⁊ obſtinatis. ꝓ=
uerb. j. Uocaui et renuiſtis. ⁊c. Et
ideo ĩ fine de⁹ eos irridebit. Unde
etiã ſubdit. Ego quoq; in interitu
ṽro ridebõ. ꝓuerb. iij. Jlluſores ip
ſe deludet. hiero. An putatis fr̃es
q̄ iocãdo predicẽt ꝓphe ridẽdo lo
quãtur apl'i: xp̄us infãtiliter cõmi=
netur. Sz ioci non ſũt vbi tormen=
ta itercedũt. Eſayas ſerra ſecatur:
Daniel leonib⁹ deuorãdus exponi
tur. Petrus in cruce dei exẽplo ſu=
ſpẽdit. Si iocãdo ſũt paſſi: credo q̄
et iocãdo ſũt locuti. Sed timeo ne
fides vr̃a potius ſit iocabilis q̄ ip=
ſoꝝ. Timeo ne iocãdo nõ ſaluemur
et rideant ipſi de nobis q̄admodũ
ſcriptuꝫ eſt. Qui habitat in celis ir
ridebit eos. Secũdo a recidiuis Jſi
dor⁹. Jrriſor eſt ⁊ nõ penitẽs qui ad
huc agit quod penitet. Cũ talib⁹ ei
ludit dyabolus ſicut catt⁹ cũ mure
quem aliquantulum abſcedere per
mittit: mox ſup eũ ruit. Sic dyabo=
lus pctõrem aliqñ permittit penitẽ
re: ſed poſtmodum facit eũ ad pctã
redire. Prouerbio. xiiij. Stult⁹ illu
dit pctm̃. j. diabolus qui fuit inuen
tor pcti. Tertio a tepidis et ocioſis
Treno. j. Uiderunt eam hoſtes ⁊ de
riſerũt ſabbata ei⁹. Et dr̃ ſabbata ĩ
plurali. Tales enim faciunt ſabba
tũ quo ad deum vacantes ab oratio
ne. Faciũt etiam quo ad ſemetip=
ſos vacãtes a vicioꝝ mortificatio=
ne. Faciũt inſuper quo ad ꝓximuꝫ
vacãtes a bono ope. Et quia tales
xp̄o illudunt dãtes ſibi aquam tepi
dam ad bibẽdũ: ideo hoſtes id ẽ de
mones ſabbata eoꝝ deridẽt. Notã
dũ aũt q̄ xp̄s quattuor vicibus fuit
illuſus. Primo in domo Cayphe ſa
cerdotis cum velamine capitis. vt
habetur. Luc. xxij. Secundo in do=

mo herodis cū veſte alba vt hʳ. Lu. xxiij. Tertio a militibꝰ i atrio ꝑtorij īdutꝰ purpura. vt hʳ. Mat. xxvij. Quarto a iudeis in cruce qui eius ꝟba puertebant dicētes. mat. xxvij Vah. qui deſtruis templum dei ⁊c. Et eiꝰ fidē deridebāt dicētes ibidē. Si rex iſrˡ eſt deſcendat nūc de cru ce ⁊ credimus ei. His q̄ttuoꝛ mod is ſacerdotes mali videnꝭ xp̄o illude re. Primo cum cayphā ꝑ amictū ca pitis: cū ipm̄ amictū in capite aſſumūt q̄ deſignāt ſpē celeſtiū. Eph. vj Galeam ſalutis aſſumite. Ipſi aūt non ſeruiūt in eccl'ia ꝓ celeſti retri butione ſ; ꝓ eterna cupiditate. Se cūdo ſibi illudūt in alba veſte cū he rode cū ipam albam induūt q̄ ſigni ficat mūdiciā. iuxta illō. ꝑ. Lauabꝭ me ⁊ ſup niuē dealbaboꝛ. Ipſi aūt non ſūt mūdi: ſed et mente et corpe impuri. Tertio in purpura cū mili tibꝰ: cū induūt caſulā purpureā: q̄ ſi gnificat latitudinem ⁊ feruoꝛē cha ritatis. Ipſi aūt non hn̄t veſtē pur pureā charitatis ſed ſanguinolētā rancoꝝ. Quarto cū iudeis in cruce q̄ eiꝰ ꝟba puerterunt et fidē deri debant. Ipſi verba dei ꝯtēnūt cū ſto lam q̄ ſignificat gladiū. i. ꝟba dei idigne aſſumūt: et ſcutū fidei q̄ ſigni ficat per manipulū deſpiciūt. Eph. vj. In omnibꝰ ſumētes ſcutū fidei. Tertiū eſt flagellatio: in q̄ flagella tione ſanguis de omībꝰ mēbris xp̄i exiuit. Fleuerat priꝰ oculis: ſed tūc fleuit omnibus membris. Xp̄s enī quadrupliciter in paſſione fleuit. ſ. corde per immenſitatem doloris. Tren. j. O vos oēs q̄ trāſitis ꝑ viā. Ore lachrymoſis ꝟbis. Mat. xxvij. Deꝰ meꝰ vt q̄d dereliq̄ſti me oculis per lachrymarū effuſionē. Hebr. v. Cū cla va. ⁊c. Et tandem cum omnibꝰ ꝑ ſanguinis effuſionē vꝭ ema nationem. q̄n. ſ. fuit tā crudeliꝭ flagellatꝰ. ¶ Notādū aūt q̄ quattuoꝛ vicibus iudei xp̄m flagellauerunt. Primo in capite ipm̄ arūdinē pcutiendo vt hʳ. Math. xxvij. Secūdo in facie eā velātes ⁊ pcutiētes. vt hʳ Lu. xxij. Tertio i colo colaphis eū cedentes. vt vʳ Mat. xxvj. Quarto in toto corpe ipſ; flagellantes. vt hʳ Joh. xix. Flagellāt aūt xp̄; hodie i capite q̄ ꝑſequuntur ꝑlatos eccl'ie. Flagellant i facie q̄ ꝯtēplatiuos ſūt pulchrioꝛ ꝑs eccl'ie ꝑturbant in ſua quiete Flagellant in collo q̄ p̄dica tores ipediūt a diuino ſermōe. Fla gellāt in corpe q̄ actiuos ifirmiores moleſtant in ſua opatiōe. S; de tali flagellatiōe dicit aug. Quid ſupbit impius ſi de ipſo flagellū facit pat meꝰ pater flagello filiū corripit et poſtea flagellū ad ꝯburendū i ignē mittit. Quartū eſt ꝯſputio. Signifi cat aūt ꝯſputio magnā vilipēſionē; Vn̄ ſuper illud Job. xxx. Faciē meā ꝯſpuere non verenꝭ. Dicit glo. Fa ciē cōſpuerē ē iuſtos ēt in pn̄tia ꝯſu tarē; in coꝛꝝtumelias ꝟba fluxura id ē fluētes ſaliuas mittere. iſta au tē ꝯſputio. i. vilipēſio aliq̄bꝰ ad ſuffo cationē ⁊ ꝯturbationē ē: ſicut legiꝭ de hur viro marie ſoroꝛ; moyſi q̄ iu deoꝝ ſputis fuit ſuffocatꝰ. Aliquibꝰ eſt ad correctionē; q̄ō ſignificatū ē Deut. xxv. q̄ q̄n hō nolebat accipe vxorē f̄ris ſui i faciē illiꝰ ꝯſpuebaꝭ. ⁊ q̄ eſt vxoꝛ f̄ris nr̄i niſi pn̄ia quā xp̄s fraꝭ nr̄ ꝓ nobis ſuſcepit: quā pn̄iam cū hō accipe renuit deꝰ ipm̄ dur; fla gellis affligit. ex q̄bꝰ ille ſepe corre ctionem accipit. Aliq̄bꝰ vero ē ad hūiliationē. ſicut legiꝭ q̄ diogenes ph̄s inuitatꝰ a q̄dā hn̄te turpē faciē; ſ; domū pulchrā i faciē eiꝰ ſpuit dicēs ſe nō vidiſſe in tota domo aliq̄d turpiꝰ in quo ſpuere poſſet. hoc aūt fecit ph̄s vt ille ſe recognoſceret: et de pulchritudie domꝰ nō ſupbiret ſ; de turpitudie pſone hūilitatē habe ret. Aliq̄bꝰ eſt ad illumiationē et ꝓ tectū ꝟtutū: ſicut i ceco nato. vt hʳ Johā. ix. Tales erant ap̄l'i de q̄bus dicꝭ Actuū. v. Ibant apoſtoli gau dentes a ꝯſp. conci. ⁊c. Quintum eſt

ēſt occiſio. Habuit aūt xp̄s q̄dā vul
nera q̄ fuerunt ſibi occaſio mortis.
Primo eñ fuit flagellatus in tm̄ vt
int̄ flagellis alius expiraſſet. Deīde
fuit in pedib⁹ ꝛ manibus pforat⁹: et
tādē cū iā eſſet mortu⁹ in latere vul
neratus. Per corp⁹ xp̄i igit̄ itelligū
tur illi de eccl'ia q̄ adhuc ſūt īfirmi ꝛ
tpalibus dediti. Iſti occidunt̄ quā-
do eis tpalia auferunt̄. Eccl'. xxxiiij.
Qui aufert in ſudore panē q̄ſi q̄ oc-
cidit ꝓximū ſuū. Per manus itelli-
gūt̄ actiui. Iſti occidunt̄ cum ī ſuis
opatiōibus īpediūt̄. Puer. iij. Noli
ꝓhibere eū bñfacere q̄ pōt ſi vales
ꝛ ipē bñfac. Per pedes itelligūt̄ ꝯtē
platiui q̄ ſuis ōronibus totā eccl'iaꝫ
ſuſtētāt. Iſtos illi occidūt q̄ ōrones
ne ipis effectū habeāt īpediūt. Sūt
etiā ī eccl'ia q̄dā mortui ſicut viri p
fecti Col'. iij. Mortui ei eſtis ꝛ vita
vr̄a abſcōdita ē. ꝛc. Iſtos illi occidūt
qui eos ꝯturbare nō deſinūt. Secū
do pōit̄ notitia reſurrectiōis. cū dr̄
tertia die reſurget. Ille igr̄ q̄ ē mor
tu⁹ p pctīn t'ia die reſurgat. Prima
dies eſt ꝯtritio. ſecūda ꝯfeſſio. Ter
tia ſatiſfactio. Uel tres dies ſunt de
lectatio ꝯſenſus: ꝛ opus. Qui igr̄ nō
reſurgit a delectatione reſurgat a
ꝯſenſu ꝛ q̄ nō reſurgit a ꝯſenſu re ſur
gat ab ope. Si ei q̄rtā diē addiderit
ſcȝ ꝯſuetudinē reſurgere vix vale-
bit. Hoc ſignificatū ē ī lazaro q̄tri-
duano. Ceteros q̄dē mortuos reſuſci
tauit xp̄s ſimplici iuſſione. Iſtū aūt
ſuſcitauit orādo. clamādo ꝛ lachry-
mādo vt daret̄ intelligi ꝙ illi q̄ ſunt
in pctīs īueterati indigēt m'torum
ōronibus magnis cordis clamori-
bus longis ꝛ diuturnis fletibus.

¶ Sermo. ij. vnde ſupra.

**C**ec⁹ ſedebat
ſec⁹ viā mēdicans. Per
iſtum cecum ſignificat̄
gen⁹ hūanum quod ma
gnā icurrerat cecitatē: ſȝ illumiari
nō meruit niſi xp̄i paſſionē. Et ideo
in iſto euangelio duo ponunt̄. ſ. īfir
mitas cecitatis: ꝛ remediū paſſiōis
xp̄i. Circa p̄mū notādū ꝙ ſunt q̄nqꝫ
pctā q̄ ſpūalem cecitatem inducunt̄
Primū Tumor ſuperbie. Greg. Tu 1
mor mentis eſt obſtaculū veritatis
Et iſte tumor totū gen⁹ hūanum oc
cupauit. Prio ei hūit ortum in celo
q̄n lucifer ꝯtra deum intumuit. Iō
ſupbia eſt nature celeſtis: et iō vi-
ros celeſtes aliq̄n inuadunt. Dein
de de celo veniens in paradyſum
iuit: et ibi primos parentes inuaſit
qui ſupra ſeipſos eleuauerūt et cō-
tra deum intumuert̄. Deinde de pa
radiſo venit ī mūdū: et mō per totū
mūdū iſte morb⁹ ſuperbie eſt diffu-
ſus. Supbire eñ dr̄ quaſi ſup alios
ire. Lucifer ſuperbiuit: q2 ſuper de
um ire voluit Adam ſupbiuit: q2 ſu
per ipſum iuit dum ſcientiam dei
apetijt. Homines ſuperbiunt q2 ſu
per alios volūt ire. De⁹ aūt ſupbi-
re non pōt q2 ſup aliū ire non valet
eo ꝙ ſuper ſe nullū habeat Secūdū 2
eſt puluis auaricie. Auarus ei ſem
per portat terram in ocl'is. p̄. Ocu
los ſuos ſta. declina. Uñ dr̄ de tali-
bus ꝙ ſunt nimia cupiditate ceci. ꝛ
ſicut ſupbia totū gen⁹ occupauit hu
manū: ſic ꝛ auaritia Hier. vj. A mīo
re vſqꝫ ad maiorē oēs auaritie ſtu-
dēt. Int̄ maiores ꝛ mīores ſūt medi
ocres. p mīores itelligūt̄ clerici. p
maiores intelligūt̄ plati. Auaritia
igr̄ a mīore vſqꝫ ad mediocres ꝛ ma
iores: q2 inuenit̄ in laycis: viget in
clericis: regnat in prelatis. Uel po
teſt dici ꝙ in domo anime ſūt tres
familie. ſ. minores: et iſte ſūt cogi-
tatiōes. Medicres vo et iſte ſūt in
tētiōes. Maiores: et iſte ſūt affectio
nes. Sūt igit̄ q̄dam quoꝝ auaritia
eſt in cogitatiōib⁹: q2 die ac nocte
cogitare non ceſſant qualiter. ſ. lu-
cra pñt acquirere et pecunias au-
gere ſuas. Eccl'. ij. Cūcti dies ei⁹ la
boribus pleni ſunt et erūnis: nec p
noctē mente requieſcit. Alij ſūt quo

rũ auaricia eſt itẽtiõibꝰ. qꝛ in oibꝰ
que dicũt ⁊ faciũt ſꝑ aliqꝺ lucrũ vel
emolumẽtũ tꝑale itẽdũt. Pro. xvij.
Oculi ſtultoꝝ i finibꝰ tre. Ocli ſtul
toꝝ ſunt itẽtiões eoꝝ q̄ ſibi ſꝑ finez
ꝓtendũt tꝑale lucrũ. Alij ſunt quoꝝ
auaricia ẽ i affectiõibꝰ: q̄ tꝑalia ar-
dent diligũt ⁊ ſpũalia ꝑuipẽdũt. bñ.
igr dr a miore vſqꝫ ad mediocrẽ et
maiorẽ oẽs auaricie ſtudẽt. Dũ alij
trena lucra cogitare nõ deſinũt. alij
in oibꝰ q̄ agũt in tꝑalẽ mercedẽ itẽ
dũt. Alij trenã ardẽt diligũt ⁊ ſpũa
lia ꝯtẽnũt. Tertiũ ẽ ignis iracũdie
ꝑs. Supcecidit ignis ⁊ nõ viderũt ſo-
lẽ Ceſariꝰ. Sue mẽtꝫ lumẽ iracũdꝰ
excecat. Sicut e tiviſꝰ excecat ad pel-
ui ardẽtẽ: ſic hõ excecat ꝑ iracũdiã
iflãmãtẽ. Scḋz ei Damaſcenũ. Ira
eſt ebullitio ſãguis circa coꝛ. Ex il
la aũt ebulitiõe fumoſitates aſcen-
dũt q̄ oclos mẽtꝫ obnubilãt: qꝛ ipe
dit ira aĩm ne poſſit cernẽ veꝝ. Qñ
aũt vas ad ignẽ nimis ebullit tribꝰ
remedijs ſubuenit. Aut ꝑ vaſis ab
igne depoſitionẽ: aut ꝑ aq̄ frigide i-
fuſionẽ aut ꝑ lignoꝝ ſubtractionẽ.
Sic ẽt qñ alijs ꝑ irã ꝯ aliũ nimis
ebullit ille ꝯ quẽ iraſcit: aut dꝫ ſe to
talit ab alio diuidere. Pro. xx. Ho-
noꝛ ẽ hoi q̄ ſepat ſe a cõtẽtiõibꝰ: oẽs
aũt ſtulti miſcent ꝯtumelijs. aut dꝫ
ꝟba refrigeratiua ⁊ dulcia rñdere.
Pro. xv. Rñſio mollis frangit iram
ſermo durꝰ excitat furoꝛẽ. aut ſaltẽ
dꝫ tacere ⁊ nihil rñdere. Uerba eñ
q̄ iracũdo rñdẽt ſũt ligna qbꝰ ignis
iracũdie ãpliꝰ iflãmat. Eccl. xxviij.
Scḋz ligna ſilue ſic ignis exarde-
ſcet. Qñ aũt ligna ꝟboꝝ ſubtrahũt
tũc ignis ille extinguit. Puer. xvi.
Cũ defecerit ligna extiguet ignis.
Quarto ẽ fetoꝛ luxurie. hoc ſignifi
catũ ẽ Thob. ij. vbi dꝛ q̄ ex ſtercore
hirũdis fuit excecatꝰ. huiꝰ ei auis i-
mũdicia ẽ deſiccatiua ⁊ ſignificat lu
xuriã: qꝛ nullũ pctm̃ magꝫ deſiccat
q̄ luxuria. hõ ĩdẽ quattuoꝛ hꝫ. ſ. coꝛ
pꝰ. aiam: famã: et tꝑalẽ ſubſtãtiaz.

Eſt igit quoddaz pctm̃ qꝺ deſiccat
corpus. ſ. nimia triſtitia. Pro. xvij.
Spũs triſtis exiccat oſſa. Eſt aliud
qꝺ deſiccat aiam. ſ. inuidia. Nã iui
dia ſicut dꝛ alibi rebꝰ opimis mar-
ceſcit. Prouer. xiiij. Uita carnium
ſanitas cordis: putredo oſſiũ inui-
dia. eſt aliud qꝺ deſiccat famã. ſ. ſu
ꝑbia. Eccl. x. Odibilis deo ⁊ hoibꝰ
ſupbia. Eſt aliud qꝺ deſiccat trenã
ſubſtãtiã. ſ. ꝓdigalitas et etiã viciũ
gule. Puer. xxi. Qui diligit epulas
i egeſtate erit. Et ſilr. Qui amat vi
nũ ⁊ pinguia non ditabit. Luxuria
deſiccat ⁊ ꝯſumit corpꝰ qꝛ facit ipm
cito venire in ſenectutẽ vel mortez
j. Coꝝ. vi. Qui aũt fornicat i corpꝰ
ſuũ peccat. i. i corporis ſui ꝯſũptionẽ ⁊
diminutionẽ. Cõſumit aũt aiaz: qꝛ
oia bona ꝓpoſita ⁊ deſideria ãnihi-
lat ⁊ diſꝑgit. j. Coꝝ. ij. Aialis hõ nõ
ꝑcipit ea q̄ ſũt ſpũs dei. Cõſumit bo
nã famã. vñ dꝛ de ſalomone. Eccli.
xlv. Inclinaſti femora tua mulieri
bꝰ: ⁊ dediſti maculã i gloriã tuã. Cõ
ſumit trenã ſubſtãtiã. Luc. xv. Diſ
ſipauit ſubſtãtiã ſuam viuẽdo luxu
rioſe. Quitum ẽ nimia abũdãtia et
craſſitudo trene ſubſtãtie. Job. xv.
Opuit faciẽ eiꝰ craſſitudo. hic eſt q̄
ſedechias excecatꝰ ẽ i reblata: q̄ int
pretat mlta hec ſicut hr. iiij. Regũ
xxv. Qꝛ mltitudo iſtoꝝ tꝑalium fa
cit hoiem cecũ. hinc eſt q̄ effraim
⁊ manaſſes fuerũt fratres. Effraim
eniz interpretat fertilitas manaſſes
obliuioſus: qꝛ nimia fertilitas ſecu
li iducit obliuionẽ dei. Sicut eni pi
ſces aliqñ ex nimia piguedie exce-
cãt. Et ſicut i anſeribꝰ oculi ꝯſumũ
tur ne ex mltitudie reꝝ viſaꝝ ab i-
piguatiõibꝰ retrahãt. Sic hoies ex
nimia abũdãtia reꝝ in aia excecãt.
Poſtq̄ viſuz ẽ de ifirmitate cecita-
tis videdũ de remedio paſſiõis de q̄
in ꝑncipio euãgelij fit mentio ſpiri
talis Chriſtꝰ enim ꝯ iſta quinqꝫ in
commoda portauit quiqꝫ remedia
ſ. corpꝰ ſanguinẽ: animã: ſpiritum

hūanā ⁊ diuinitatē. Nā de corpore fecit emplastruz quo tumor superbie sanaretur. Fit aūt ēplastruz de herbis medicialib⁹ q̄ īcidūtur: conterūtur: ⁊ decoquūtur ⁊ liq̄re pfundunt aliq̄. herba medicinalis ē caro xp̄i: q: sicut dr̄. Esa xl. Ois ca. fe. Ista herba ī cruce fuit īcisa Deide in mortariolo crucis pistillo passionis attrita. de his duob⁹. Esa. liii. Vulnerat⁹ est pp iniq̄tates nostras Attrit⁹ ē ꝓpt scelera nostra. Deinde ī furno crucis t̄plici igne fuit excocta. s. igne amoris. ioh̄a. xv. maiorē hanc dilectionem nemo hz ⁊c. Igne doloris Tren. i. o vos oēs q̄ ⁊c. igne passiōis. ꝑ. Ossa mea sicut cre. arue. ⁊c. Deide sāguine ꝑcioso fuit aspsa. Esa. lxiii. Quare rubrū ē idum ētū tuū. Illud igit ēplastrū factū ē de xp̄i carne: sic icisa: sic attrita: sic decocta. sic ꝑfusa: si sr̄ apostema supbie pōatur dz ipsū statī maturare: mollificare: ⁊ frāgē. aug. Ecce habes hūilitatz exēpluz ⁊ supbie medicamētuz. Idē. Que supbia sanari pōt si hūilitate filij dei nō sanatur. ¶ Scd̄o de sāguie fecit collirium q̄ ignis iracūdie tēperet. Nihil enim sic odiū ⁊ iracūdiā tempare dz q̄ cōsiderare q̄ sāguis xp̄i ꝑ suis crucifixorib⁹ sic orauit. Sicut ē xp̄s orauit ꝑ eis vbis dicēs. Lu. xxiii. Pat dimitte illis q: nesciunt q̄d faciunt orauit lachrimis. heb. v. Cū clamore valido ⁊ lachrimis offerēs exaudit⁹ ē ꝑ sua reuerētia. orauit sāguine heb. xii. Accessistꝭ ad sāguis aspsionē meli⁹ loq̄nt ē q̄ abel. Orauit morte heb. ix. Noui testamēti mediator ē vt morte itercedēte ⁊c. tale igit colliriū tāte pietatꝭ ⁊ charitatꝭ ī nobis refrigerare dz oēz ignē rācoris Quis em̄ d cetero ꝯ īimicos suos odiuz tenebit quādo xp̄s ꝑ suis īimicis vbis: lachrimis sāguine ⁊ morte orauit. ¶ Tertio de aīa fecit vas vnguētariū q̄ puluis auaritie expiet. in isto eī vase triavnguēta purgatiua ꝯtinētur. de q̄b⁹ dicit Johan. i. Vidimus glo. eius. glo. q̄si vni. a patre ple. Ibi em̄ glīa est. i. gloria dei misericordia. Ibi eniz ē gratia. Ibi ē veritas Ibi sapiētia Auar⁹ igit q̄ hz oculos plenos puluere auaritie vadat ad istud vas vnguētariū ⁊ vngat oculos vnguento mie ⁊ gr̄e ⁊ sapientie. Tunc aūt vngitur vngēto mie quādo iclinatur ad compassionem fraterne miserie Tūc vnguēto gr̄e qn̄ icipit tepescere ad amorē terrenoꝝ: ⁊ ardescere in amorē celestiū. Tūc vnguēto sapiētie quādo scit sapienter acq̄rere sapiēter retiere ⁊ sapient expendere. ¶ Quarto de spiritu hūano fecit cibū mellifluū q̄ crassitudo terrena ꝯtīeretur. Eccl. xxiiii. Spirit⁹ me⁹ sup mel dulcis. Mel ē dulce in supficie: dulci⁹ i medio: dulcicissimū i fūdo. In xp̄o q̄dē ē t̄plex substātia. s. caro q̄ est quasi supficialis Deitas q̄ est ꝑfunda ⁊ aīa q̄ est quasi media. Mel igit ē dulce ī supficie q: scti ex ꝯsideratiōe carnis xp̄i hauriūt delectatiōes suaues. Est dulci⁹ in medio: q: ex ꝯsideratiōe aīe hauriūt delectatiōes suauiores. ē dulcissimū ī fūdo q: ex ꝯtēplatiōe diuinitatꝭ hauriūt delectatiōes suauissimas. Talis igit dulcedo oēz dulcedinē hūanā facit isipidā. chr. he nō hz sup t̄rā q̄d amet q̄ donū celeste ī veritate gustauerit. Quīto de diuinitate fecit balsamū: q̄ fetor luxurie pelleret eccle. xxiiii. q̄si balsamū mixtū odor me⁹. odor aūt istius balsami tāt⁹ ē q̄ nō tm̄ ifirmi: ꝟ tātū mortui nō tm̄ corrupti ꝟ ēt fetidi sētire debēt. Hoc significatū ē in lazaro q̄triduano ⁊ fetido: q̄ ipsum odorē sēsit ⁊ reuixit. Pria dies ē delectatio ⁊ tūc aīa ē infirma. Secunda ē ꝯsens⁹: ⁊ tūc est mortua. Tertia ē maluz op⁹: ⁊ tunc est corrupta Quarta est mala cōsuetudo: ⁊ tunc est fetida. Qui ante in odorē istum nō sētit: ē infirmo ꝑiculosior: mors

tuo inſenſibilior: corrupto marci-
dior: fetenti ab hominobil ior.

℄ Sermo. iii. de eodem.

OMnis plebs
vt vidit dedit laudē deo
Poſtq̄ dn̄s cecū illumina
uit: oīs plebs q̄ ibi ade-
rat laudē dedit deo. Ex q̄ dat͛ itelli
gi ꝙ ille ē illuminat⁹ q̄ deū laudat.
Ille cecus ē qui ꝑ verba vel malaꝫ
vitā deū blaſphemat. In iſtis autē
diebus homīes vani nō tātū nō lau
dāt deū ſed etiam per ſuas vanita
tes blaſphemāt deū ⁊ laudāt inimi
cos dei ſcilicet mundū carnē ⁊ dya
bolū. iō in iſto euangelio de chriſti
paſſione fit mentio: vt ex ꝯſidera-
tiōe paſſiōis dn̄ice homines abſti-
neāt a tanta vanitate. Laudāt qui-
dē ⁊ honorant mūdū exercēdo di-
uerſos ludos ⁊ ineptas leticias. Lau
dāt etiā ⁊ honorāt corp⁹ proprium
paſcendo ipſū per diuerſas epulas.
Laudāt ⁊ honorāt dyabolū ducen
do diuerſas choreas. in his ei trib⁹
vanitatibus expendunt homines
dies iſtos: ⁊ iō cū iſto ceco non ſunt
illuminati ſꝫ cecitate īuoluti. Pⁱo
igit͛ vani homīes cum deberēt lau
dare deū: ipſi tantū laudant mun-
dū per diuerſos ludos ⁊ ineptas le
ticias. Leticia eīm mundi ē ſicut vi
nū purū quod cito inebriat niſi ſa-
lubri triſticia tēperet͛. Iuxta illud
Eccle. ſeptio. Meli⁹ eſt ire ad domū
luct⁹ q̄ȝ ad domum conuiuij. Refert
Tulli⁹ ꝙ quādo aliq̄ cōſules Roma
ni redibant victores triplex honor
eis fiebat. Prim⁹ qꝛ oīs popul⁹ ſibi
cū leticia obuiabat. ℄ Scd̄s qꝛ oēs
captiui quos cepant ei⁹ currū iūctꝫ
manib⁹ ſeq̄bātur. Terti⁹ qꝛ ipe vi
ctor indut⁹ tunica iouis in curru ſe
debat: quem quattuor eq̄ albi vſq̄ȝ
ad capitoliū deducebāt. Ne v̄o ſu-
pra ſe nimis eleuaretur. Iſtū hono
rē triplicit͛ tēperabāt. ℄ Pⁱo quia
vn⁹ hō ſeruilis conditionis ſe cum
in curru pōebatur vt cuilibꝫ ſpes da
ret͛ perueniendi ad talem honoreꝫ
ſi ꝓbitas ei⁹ mereret͛. Secundo qꝛ
ille ſeru⁹ cuꝫ colaphis cedebat di-
cēs: cognoſce teipſū. Tertio qꝛ cui
libet licebat illa die ī ipſꝫ īferre oīa
opprobria q̄ volebat. Si igit͛ paga-
ni ſuas ſic leticias tēperabāt mlto
forti⁹ nos chriſtiani eas reꝓmere ⁊
tēperare debemus ⁊ maxīe triplici
de cā. Pⁱo qꝛ hoc non cōpetit loco.
Sum⁹ ei ī exilio q̄ deberem⁹ eſſe in
celo: ⁊ iō nobis ē flēdū ⁊ nō gaudē-
dū. Aug. In vale ſum⁹ miſerie vbi
eo magis flēdū ē quo min⁹ flem⁹. ꝑ.
Quō cātabim⁹ cāticū dn̄i ī t͛ra alie-
na. Si viris ſāctis durū ī exilijs cāti
ca cātare dei: q̄d dicēdū ē de illis q̄
cātāt cātica dyaboli. Qꝛ igit͛ ſum⁹
in exilio ideo oīs mala mūdana le-
ticia dꝫ nobis eē īportūa. Eccl͛. xxij.
Muſica ī luctu īportūa narratio eſt
Scd̄o nō ꝯpetit tēpori. Tp̄s ei vite ꝑ
ſētꝫ nō ē niſi curſ⁹ ad mortē Augu.
Nihil aliud ē tp̄s hui⁹ vite niſi cur
ſ⁹ ad mortē: ī q̄ nemo vel paululum
ſtare vl͛ tardi⁹ ire ꝑmitit͛ ſꝫ oēs pa
ri motu vrgētur ſtult⁹ aūt eēt ille q̄
ad mortꝫ ſuppliciū cū gaudio ⁊ ſola
tio ire vl͛ duci vellet. Tales ſūt ſimi
les cygno q̄ dū morit͛ ſuauitur cāta
re ꝓhibet͛. Tertio nō ꝯpetit ſtatui.
Stat⁹ ei hoīs ē ꝑiculoſus ⁊ doloroſ⁹
qꝛ q̄cūq̄ȝ ſe vertit ꝑiculū ⁊ dolorē in
uenit. Nā ſi ſurſū reſpicit videt ce-
lū q̄d amiſit. Si deorſū videt īfernū
q̄ oēs deuorare appetit; ſi a ſiniſtris
aduerſitatꝫ. videt ꝙ vn⁹ de mille nō
euadit q̄ nō cadat ꝑ īpatiētiā. Si a
dextris ꝓſperitatꝫ videt ꝙ de decē
milib⁹ vn⁹ nō euadit q̄ nō cadat per
intēperātiā. Iuxta illud. ꝑ. Cadēt
a latere tuo mille. ⁊c. Si poſt ſe vi-
det peccatoꝝ multitudinē q̄ cōmi-
ſit. Si añ ſe videt terribile dei iudi
ciū ī quo diſtrictā rationē eū redde
re oportebit. vn̄ legit͛ ī vitaſpatrū ꝙ
cū q̄dā ſcēs pat͛ quēdā vāe ridētē
videret dt ei. Reddituri ſum⁹ rōnē

# Sermo.iii.

de vita nr̃a corā deo ⁊ oī terra ⁊ tu
rides. Scd̃o vani homīes cū debe-
rēt laudare deū: laudāt ⁊ honorant
corp⁹ ſuū paſcendo ip̄m p diuerſas
epulas. Iſtd̄ aūt vitiū gl'e: ⁊ hom i-
ni facit magnā iacturā: deo magnā
iniuriā homini q̄dē triplicē iacturā
facit. Pria eſt q2 ī corpe īducit ma-
gnā deformitatē ex eo q2 facit ven
trē nimis tumētē. dr̄ aūt venē a vē
to ex eo q2 ſit plerūq3 vēto plen⁹. Gu
loſ⁹ igiē q̄to maiorē ventrē habue
rit tāto maiorē veſicā vēto plenā ⁊
etiā maiorē ſaccū ſtercorib⁹ plenū
⁊ repletū poſſidebit. Sicut etiā veſi
ca vēto plena ⁊ repleta acu pūcta ci
to detumeſcit ſic etiā venē gl'oſi pū
ct⁹ acu febricito p mortē euaneſcit
Stult⁹ q̄q3 eēt mercator ille q̄ aurū
cū mlt̃o labore acq̄ſitū ī ciſtā ipone
ret: ⁊ q̄ ī lutū ↄuertēdū eē putaret et
eſtimaret. Et q̄m venē gl'oſi ē ſicut
ſacc⁹ ſtercoꝝ. Stultus eſt eo q2 ea q̄
cū mlt̃o labore acq̄rit ī ventrē pōit
ī q̄ vētre ī lutū fetidū ↄuertēda eſſe
cognoſcit. Secūda aūt iactura eſt:
q2 īducit ſibi multā īfirmitatē ⁊ ali
q̄n mortē Eccl'i. xxxvij. in mlt̃is erit
īfirmitas ibidē. Propē crapulā mul
ti pierūt. Qui aūt abſtinens eſt adij-
ciet vitā. Pinguia corpa ſunt modi
ci ſanguinis q̄ eſt cauſa vite. Calor
q̄ppe naturalis ſepe pre nimia pin
guedīe ſuffocatur. Uia etiā ſpiri-
tuū ad mēbra nimis pigūedīe īpedi
tur ⁊ ſic mors ſequiē. Tertia ē q2 ī-
ducit īſaturabilitatē. Prouer. xiij.
venē impioꝝ īſaturabilis. Ps. Fa-
mē patienē vt canes. Canis ei poſt
q̄ꝫ proiecta ſibi deuorauit mox ad
alia deuorāda ſuſpēſ⁹ anhelat. Sic
guloſus poſtq̄ꝫ mlt̃a fercula deuora
uerit adhuc alia ↄcupiſcit: īmo etiā
īſaturabilior ē q̄ꝫ canis ē q̄ꝫ cetere
fere: q2 oīa ſpoliat elementa. Nam
a t'ra aufert greſſibilia ab aqua na
tabilia ab aere volatilia. Hieroñ.
Tauri paucoꝝ iugerū paſcuis alū-
tur. Unica ſilua plurib⁹ ſufficit ele
phātibus hō ↄo t'ra ⁊ mari paſcitur
Ambro. in lib. de ieiunio Quid īſa
tiabilius vētre hodie ſuſcipit cras
exigit: cū ipletus fuerit diſputat cō
tinētia. cū digeſſerit vale ↄtutibus
dicit ⁊ q̄rit luxuriā. Inē epulas phia
p̄dicaē. īter pħos vina laudanē. Se
cūdo facit deo iniuriā: ex eo q2 gulo-
ſ⁹ vētrē ſuū deificat. Phil. iij. Quoꝝ
de⁹ venē ē. vbi dicit Aug. hoc ab ho
'ie coliē qđ p̄ ceteris adamaē. Hu
ius rationē aſſignat hugo de ſctō vi
ctore dicēs p ſimilitudinē. venē deo
ↄparaē. Solēt ei diīs templa ↄſtrui
altaria erigi miniſtri ad ſeruiendū
ordinari pecudes imolari thura cō
cremari. Deo ſiquidē vētri tēplū
eſt coquina altare menſa miniſtri
coci imolate pecudes cocte carnes
fum⁹ incenſoꝝ odor ſaporꝝ iſta au-
tē ydolatria ē ad aliquid peior ē q̄ꝫ
ydolatria paganoꝝ: q2 illi adorabāt
aurū ⁊ argētū. Guloſus vero ado-
rat ſaccū ſtercorum. Tertio vani
hoies cū deberent laudare deū lau
dāt dyabolū diuerſas ducēdo cho-
reas q̄d valde fatuū eſt q̄ttuor ra-
tionibus. Pria q2 tales choree mū
di ſepe ducūt ad choreas inferni in
īferno q̄dē ſūt multe ↄceſſiōes pctō
rū. i. ↄgregatiōes ſupboꝝ auarorū
⁊ luxurioſoꝝ: q̄ ſemp p cātū lugubrē
decantabūt zach. xij. Planget ter-
ra ſc; īternalis familie: ⁊ familie ſe
orſū. Cantant aūt vnā cantationē
ſex verſ⁹ lugubres ↄtinentem. Di-
cūt em̄. Ue q2 deū offendi ve q2 dya
bolo ↄſenſi: ve q2 nat⁹ fui: ve q2 ma
le torq̄or: ve q̄a mori non valeo. ve
q2 nūq3 liberabor. Ad iſtas chore-
as īfernales iſte choree mūdia-
les ſepe perducūt Job. xxj. Tenent
tympanū ⁊ cytharam: ⁊ gaudent ad
ſonū organi. Ducūt in bōis dies ſu
os ⁊ ī pūcto ad īferna deſcendūt hu
ius ſignū eſt q2 iſte choree tendunt
ad ſiniſtram. prou. iiij. Uias que a
dextris ſūt nouit dñs peruerſe aūt ſūt
q̄ a ſiniſtris ſunt. Scd̄a fatuitas eſt

qꝛ priuā tur choreis celi. Ibi ei ſūt
choree ſctōꝝ deo iubilātiū. hymn⁹
Qui paſcis int lilia ſep. cho. virgi.
Iſtis choreis celi p̄uātur q̄ choreis
delectātur mūdi. vñ refert Gre. in
dya. de q̄dā puella nobili Romana
q̄ cū iocis ꝛ cātilenis dedita nimis
eſſet Btā v̄go cū m̄ltis ſpecioſis pu
ellis idut albis ſibi appuit. Et cū
illa tā decore ꝓceſſioni aſſociare ſe
vellet ꝓhibuit beata v̄go dicēs q̄
donec eēt ſic vaga tali ꝓceſſiōe eēt
indigna. p̄cepit igr̄ vt a iocis ꝛ le-
uitatib⁹ ſe abſtineret: ꝛ ſic die trice
ſima ad illam ꝓceſſionē veīret. q̄
ſubito cūctis mirātib⁹ mutata fuit
ꝛ ſic die triceſſima btō ꝛ felici fine
q̄euit Tertia aūt fatuitas ē ex eo q̄
tales choree cedūt i iniuriā dei. Tū
qꝛ pactū in baptiſmo initū frāgunt
quo abrenūciare ſe dyabolo ꝛ pom
pis ei⁹ omib⁹ ꝓmiſerāt. Tum qꝛ ma
iorē committunt cōtemptum q̄ ſi
opi ſeruili icūberāt. Aug. Melius
ē in diebus dñicis arare ꝛ fodere q̄
choreas ducere. Tū qꝛ feſta ſctōꝝ
ſuis vanitatib⁹ pollūūt. Magnā ei
iniuriā choree deo fecerāt. Qꝛ ꝓphe
tam ſuū chariſſimum ſcʒ Johannē
baptiſtam occiderūt. Iniuria enī
que fit ſanctis redūdat in deū. Lu
ce. x. Qui vos audit me audit: ꝛ qui
vos ſpernit me ſpernit. Quarta fa
tuitas ē ex eo q̄ ille choree ſunt ar
ma dyaboli q̄ i hoc ſeculo exercent
Trib⁹ ei modis dyabol⁹ in peccatū
luxurie facit corruere: modo p vi-
ſū: modo p colloquium: modo per ta-
ctū. In choreis aūt iſta oīa occur
rūt. Nā ibi ſunt verba lubrica ꝛ mo
dulatiōes cantuū. Ibi eſt ſi ea viſio
facierū. ibi eſt tact⁹ manuū ignita
rū. Et iō ex tali vicinitate ꝛ appro-
piquatiōe modo p colloquiū modo
p viſū modo p tactū ſepe ignis ac-
cēdit: ꝛ mala cōcupiſcētia inflāma-
tur. Et quātūcūq̄ hō ſit fortis ꝛ du
rus tāq̄ ferrū vel ſit naturalit̄ fri-
gidus tanq̄ lapis: vel ſit candidus
tanq̄ mur⁹ dealbat⁹. tñ nō confidat
de ſua fortitudine nec de ſua frigi-
ditate nec de ſua ſctitate. Siquidē
ferrū in igne poſitū emolleſcit: ſic
hoīes firmos i ſuo ꝓpoſito cōcupi-
ſcētie ignis emoleſcere facit. hie-
ronimus Ferreas mētes libido do
mat ex ꝯcuſſiōe duoꝝ lapidū frigi-
doꝝ ignis excutit̄: ſic ex nimia fa-
miliaritate viroꝝ ꝛ mulierū lʒ a p̄n
cipio videant̄ frigidi: ſepe p ꝯcupi-
ſcētiā iſlāmant̄. ds igit̄ frigidior eē
poterit q̄ q̄ i extremis laborat. Vñ
refert Grego. i dialogo de q̄dā ſa-
cerdote agēte i extremis: cui cū q̄-
dā mulier facie appropiq̄ret vt ſci
ret ſi adhuc ſpiraret Ille voce q̄ po
tuit exclamauit. Recede mulier re
cede tolle paleā adhuc viuit hinicu
lis. mur⁹ etiā dealbat⁹ q̄uis ex cā
delā nō ꝯburat̄ tñ denigratur. Sic etiā
q̄uis aliq̄ nō ꝯburātur ex ꝯcupiſcē
tia tñ ex nimia mulierū familiari-
tate denigrant̄ i fama vl̄ aliq̄ mō i
ꝯſciētia: quā ñ hñt apud deū ſincerā
hie. crede mihi ñ pōt cū dō toto cor
de ābulare: q̄ femiaꝝ acceſſib⁹ co-
pulat̄. ¶ Dñica i q̄drageſi. Ser. j.

Duct⁹ ē ieſus
i deſertū a ſpiritu vt tē
taret̄ a dyabolo. Mat.
iiij. Sicut xp̄s voluit
mori vt p ſuā mortē no
ſtrā dēſtrueret ſic voluit tētari vt nr̄as
tētatiōes ſuparet voluit ei tētari i
mediate p⁹ baptiſmū vt tētatis da-
ret ꝯſolatiōis remediū. Fuit ei tēta
t⁹ ſtati quādo fuit baptizat⁹ qñ a pa
tre fili⁹ fuit appellat⁹ qñ ſpūſſctūs
i ſpecie colūbe ſr̄ eū māſit. qñ celos
aptos vidit: qñ q̄dragita dieb⁹ ꝛ. xl.
noctib⁹ ieiunauit. vt p hec det̄ itel-
ligi q̄ ſi aliq̄s tētat̄ ñ ē min⁹ a pctis
mūdat⁹ nō ē min⁹ dei filiatione di-
gn⁹ nō ē min⁹ ſpūſācto dign⁹ nō eſt
min⁹ celo dign⁹ nō ē min⁹ i ſua pnia
deo accept⁹. Tētari ḡ voluit xp̄s vt
nr̄as tētatiōes vinceret: vt tentatis

cõſolamē pberet: vt dyabolo q̄ ipe eēt fili⁹ dei occultaret. Sciebat q̄ ip pe dyabol⁹ p ſcripturas ⁊ ꝓphetias dei filiū i mūdū eſſe venturū ⁊ ſuū ſibi dñiū ablaturū Audiēs aūt ſcꝫ chryſo. i xp̄i natiuitate āgelū paſto rib⁹ ānūciantē āgeloꝝ multitudi= nē iubilātē. Johānē digito demon ſtrātē: patrē i baptiſmate teſtificā tē ſpiritūſāctū i ſpecie colūbe deſcē dētē ⁊ nūc q̄draginta dieb⁹ ⁊ qua= dragita noctib⁹ ipſū ieiunantē euꝫ eſſe filiū dei ſuſpicatus eſt. Sꝫ poſt modū vidēs eū eſurire ipſū eſſe dei filiū plurimū dubitauit. Nō ei cre= debat dei filiū poſſe eſurire. Volēs igit᷑ expiri vtrū eſſet dei fili⁹ an ho mo pur⁹: ⁊ sciēs q̄ pmū hominē tri bus telis ꝓſtrauit: cogitauit eiſdē telis ipſū aggredi Et ſi ꝗdē vici po terit: hō pur⁹ apparebit. Si aūt vici nō poterit: dei fili⁹ eē videbit᷑. Naꝫ ſicut dicit Greg. i omel. diabol⁹ pri mū hoīeꝫ de trib⁹ pctis tētauit ⁊ vicit. ſ. de gula cū de fructu ligni vetiti ip ſū māducare ſuaſit de vanaglia cuꝫ dixit Eritis ſicut dij. Et de auaritia cū dixit Sciētes bonū ⁊ malū ſicut eī auaritia ē appetit⁹ imoderat⁹ pe= cūie ſic ē etiā imoderat⁹ appetit⁹ ſci entie eodē mō tētauit xp̄m. Prio de gula dicēs. Si fili⁹ dei es dic vt lapi des iſti pāes fiāt. Cogitabat ei in= tra ſe dicēs. Si lapides i pāes ꝯuer tere poterit: dei fili⁹ erit. Si aūt nō poterit hō pur⁹ apparebit. ſꝫ xp̄s ſe cūdū gloſā rn̄ſū talit᷑ tēperauit q̄ ip ſū dei filiū eē n̄ cognouit cū ait ſcri ptū ē. Nō i ſolo pāe viuit hō ſꝫ in oī verbo qd̄ ꝓcedit de ore dei. Ac ſi di= cat ſcꝫ gloſā. cū hō ꝯſtet ex duplici ſubſtātia. ſ. aīa tanq̄ ſupiori ⁊ cor= pore tanq̄ iferiori. ⁊ cib⁹ aīe ſit ver bū dei ⁊ cib⁹ corpis ſit pānis materia lis ⁊ tu ſuades mihi tantuꝫ de cibo ſubſtātie iferioris ⁊ nō ſuperioris pꝫ q̄ tua ſuaſio tētatio ē Sed q̄ ſic eū dyabol⁹ vicere n̄ potuit: cogita= uit apud ſe dicēs ſicut ait. chrizoſt. homo iſte ſanct⁹ eſſe videt᷑. Sācti ei viri ⁊ſi nō vincātur de vicio gule ſepe tn̄ vincūtur de aliq̄ motu vane glie. Et iō ipm aſſūpſit ⁊ eum ſupra pinaculū tēpli ſtatuit. nec mirū fuit ſcꝫ Greg. Si pmiſit ſe aſſumi qui ⁊ crucifigi. ⁊ alia glo. q̄ hoc n̄ fuit infir mitatis ſꝫ patiētie ei⁹. In dyabolo aūt nō fuit virt⁹ ſꝫ i eo fuit magna ſupbia. vel ipa aſſūptio pōt intelli= gi deductio. dicit aūt alia glo. q̄ ve riſimile ē diabolū in hūana ſpecie apparuiſſe: ſꝫ tn̄ xp̄s ſic egit vt ipe a nemie videret᷑. Erat ei pinaculuꝫ loc⁹ eminens vbi ſcꝫ erat cathedra doctoꝝ. Et iō ipe dyabol⁹ ſcꝫ legē putauit ipſū i ſede doctoꝝ poſitum iani glia poſſe extolli vbi m̄ltos fe cerat eleuari, dixit āt ei. Si fili⁹ dei es mit tete deorſuꝫ: hoc dixit iō vt ex tali p̄cipitatiōe ⁊ nulla ſecuta le ſiōe iactātiā icurreret. vl' vt ex hoc dyabol⁹ ſuā poteſtatē agnoſceret. Sꝫ xp̄s ſic tēperauit reſpōſū vt eū re linq̄ret dubiū dicēs. Nō tētabis dn̄m deū tuū. vbi dicit glo. Suggerebat vt aliq̄ ſigno exploraret q̄tū apud deuꝫ poſſet ſꝫ nemo dꝫ tētare deuꝫ q̄n ex hūana rōne hꝫ q̄d faciat. Nūc aūt poterat alit᷑ de tēplo deſcēdere q̄ p iactātiā ſe p̄cipitare poſtq̄ aūt deficit hūana rō ꝯmēdet ſe deo nō tētādo ſꝫ deuote ſupplicādo. veruꝫ poſtq̄ nec p pmā nec per ſecūdā tē tationē eū potuit cognoſcere: tran ſiuit ad t'tiā vt ſaltē ipm poſſet de auaritia ſupare. duxit ei cū ſup mō tē excelſū valde: ⁊ oſ̄dit illi oīa re= gna mūdi. Nō aūt iſta oſ̄dit coram ei⁹ oculis hmōi adducēdo vel viſū ampliādo vel ea que neſciebat ſi= bi indicādo: ſꝫ dicit᷑ oſtendiſſe trib⁹ modis Primo ſcꝫ Chryſo. oſtēdit ac ſic aliquis i loco excelſo poſitus manū extēderet dicēs. Ecce ex illa parte ē italia: ⁊ ex illa grecia ex il= la affrica. vl' ſcꝫ rabanū oſ̄dit q̄ va nitatē pōpe mūdāe quā ipe dyabo l⁹ diligebat q̄ ſpecioſa ſit ⁊ deſidera

bilis ꝟbis demōſtrauit vt ad amā=
dū illā ipſū iduceret. Uñ ſcđm glo.
oñdit q̄modo regnabat i mūdanis
ꝑ diuerſa vitia in q̄buſdã ꝑ ſupbiã
i q̄buſdã ꝑ auariciã i q̄buſdã ꝑ luxu
riã vt ꝑ exēplū m̄ltitudis poſſet ad
ɔſētiēdū eū faciliꝰ icliare. Cum aūt
oīa regna mūdi ⁊ gl̄iã oñdiſſet di=
xit ei. Hec oīa tibi dabo ⁊c. Luc. iiij.
Oīa mihi tradita ſūt ⁊ cui volo ⁊c.
Plane mētitꝰ ē. qꝛ dei ſūt oīa ⁊ ipſe
retribuet vniuerſa Et qꝛ iſtud ɔtine
bat iniuriã ɔditoris q̄ ſolꝰ dꝫ adorari
iō diabolū repulit dicēs vade ſatha
na nō tētabis dñz deū tuū ⁊c Glo. i.
vade i infernū q̄ paratꝰ eſt tibi ⁊ an
gelis tuis. Ex his pꝫ ꝙ diabolꝰ i tē
tando incipit a minimis ⁊ ꝓcedit
ad maiora. Minima tētatio vide=
bat tētare de pane i magna fame.
Maior fuit tētatio de vana gl̄ia ma
xia de auaricia. hoc ſignificatū eſt.
Eſaye. i. vbi dr̄ A plāta pedis vſq3
ad ꝟticē nō ē in eo ſanitas. Dyabo
lꝰ nãq3 icipit a plāta pedis. i. a mi=
nimis pct̄is ⁊ ꝓcedit ad ꝟticē. i. vſ
q3 ad ɔſēſū ratiōis. Supradicte aūt
tētatiōes facte ſūt i xp̄o tm̄ exteriꝰ
⁊ nō iteriꝰ. vnde ait Greg. in omel.
Tribꝰ modis tētatio ofr̄ ſuggeſtio
ne: delectatiōe: ⁊ ɔſenſu. Et nos cuz
tētamur plerūq3 i delectationē et
cōſenſū labimur. Xp̄s igr̄ tētari ꝑ
ſuggeſtionē potuit: ſꝫ eiꝰ mētē pcti
delectatio nō momordit Atq3 ideo
oīs illa diabolica tētatio foris nō i
tꝰ fuit ¶ Notãdū aūt ꝙ ſupradictas
tētatiōes xp̄s tpliciť vicit. ſ. ſapient
reſpōdēdo fortiť reſiſtēdo: ⁊ princi
piis obuiãdo. Sapiēter q̄dē reſpon
dit cū tria ſcripture teſtimōia alle
gauit. hoc ſignificatū ē. i. regū. xvij
i victoria quã dauid habuit de golia
Ubi dicit gloſa Dauid interfecit.
Goliã tbus lapidibꝰ de torrente: et
xp̄s diabolū tribus teſtimoniis ex
lege ɔſtrauit. Diabolꝰ ſuaſit vt xp̄s
lapides i pane ɔuerteret: ſed xp̄s
ecōuerſo panes facre ſcripture con

uertit i lapides q̄s ɔ̄ dyabolū iecit
⁊ ꝓſtrauit. Exēplo igitur xp̄i iniu=
rias nr̄as debemꝰ vicere per ſapiē
tiã: ꝑ patiētiã: nō ꝑ potentiam: vel
vindictã. Ille vincit per ſapiētiam
q̄ iuriãti ſcit ſapiēter ⁊ rationabili
ter reſpōdere. Sap. vj. Melior eſt
ſapiētia q̄3 vires ⁊ vir prudēs me=
lior q̄3 fortis. Prouerbi. xxvj. Rñde
ſtulto iuxta ſtulticiã ſuã. ſ. ſapiēter
ne ſapiēs ſibi videat̄. Ille vicit ꝑ pa
tiētiã q̄ ſcit diſſimlare ⁊ irã ſuaz re
ſtrigere Eiuſdē. xvj. Melior eſt pa
tiēs viro forti ⁊ q̄ dñatur aīo ſuo ex
pugnatore vrbiū. Eiuſdē xxvi. Ne
reſpōdeas ſtulto iuxta ſtulticiã ſuã
i. ipatiēter: ne efficiaris ei ſimilis.
Ille vincit ꝑ potētiã q̄ nō attendit
ad iuſticiã ſꝫ tm̄ ad potētiã ꝑ quã in
iuſte opprimit inocētes Sap. ij. ſit
aūt fortitudo nr̄a lex iuſticie quod
ei infirmū ē inutile inuenitur ille vin
cit ꝑ vindictã q̄ effūdit irã ſuã ⁊ ta=
lis potiꝰ vincitur q̄3 vincat. Uñ le=
gitur de Alexãdro ꝙ licet fuerit vi
ctor orbis terrarū tamē a tribꝰ ꝑmi
ſit ſe vinci. ſ. a ɔcupiſcētia: a vino lē
tin: ⁊ ab ira. Et q̄uis i ꝓpriis iniu=
riis patiēte eſſe ſit laudabile i iniu
riis tamē dei ē vitupabile. Uñ ſuper
illud Uade ſathana dicit. Chriſo.
Exēplo xp̄i diſcamꝰ nr̄as iniurias
equanimiť ſuſtinē Dei aūt iiurias
nec vſq3 ad auditū ſufferre qꝛ i ꝓp=
is iiuriis eſſe quēq3 patiētē lauda=
bile ē iiurias aūt dei diſſimlare ni
mis ipiū eſt. ¶ Scđo xp̄s vicit tēta
tiōes fortiť reſiſtendo. ſic ⁊ nos for
tiť reſiſtē debemꝰ. Nã ſcđm greg.
Diabolꝰ cū ei reſiſtiť eſt debilis vt
formica cū ꝟo eiꝰ ſuggeſtio recipiť
ē fortꝭ ſicut leo iac. iiij. reſiſtite dya
bolo: ⁊ fugiet a vobꝭ diabolꝰ dr̄a dia
qđ ē duo ⁊ bolus ꝙ ē morſellꝰ qꝛ de
homine vlt facē duos bolos. ſ. cor=
pꝰ ⁊ aīaz deuorãdo. Et bñ dr̄ fugiet
a vobꝭ A q̄buſdã ei diabolꝰ nō exit:
ſꝫ ibi requieſcit ⁊ dormit. ſ. i auarꝭ i ſu
pbꝭ ⁊ i luxurioſis. Job. xl. Sub vm=

bra dormit. ecce vmbra auaricie in
ſecreto thalami. Ecce vacuitas ſup
bie Supb⁹ ei lꝫ exterius videat᷑ tumi
dus ⁊ iſlat⁹: tñ iteri⁹ ē vacuus in lo
cis humētib⁹. Ecce turpitudo luxu
rie. Ab aliqb⁹ vero exit ſed nō rece
dit ſꝫ ibi de ꝓpe expectat ſicut ab il
lis q̄ ſepe patiūtur recidiuū: ad q̄s
ſcit ſe cito reuerſurꝫ. Luc. xi. Reuer
tar i domū meā. ⁊c. Ab aliqb⁹ vero
exit ⁊ recedit ſꝫ ñ fugit. ſꝫ lēto paſſu
ſcedit. ſicut a tepidis q̄s non plene
deſerit. Ab aliqb⁹ vero exit fugit ⁊
recedit: ſicut a viris ꝑfectis q̄ ſcuto
fidei: galea ſpei. lorica iuſticie: gla
dio ỽbi dei militi fortit᷑ reſiſtūt illi
⁊ ipſū i fugā ꝯuertūt. ps. Perſequar
iimicos meos ⁊ ꝯprehēdā. ¶ Tertio
xp̄s vicit tētatiōes eis i ſuis initiis
obuiādo. Nā mox vt diabol⁹ ei tēta
tiōes iferebat eas ⁊ repellebat. Sic
⁊ hō qñ ſentit prauas ſuggeſtiones
mox i ſuo iitio eas dꝫ repellere et
nullū locū in aīo eis dare. Eph. iiij.
ca. Nolite locū dare diabolo hiero.
Lubric⁹ ē āguis ſerpēs ⁊ niſi i capi-
te teneat᷑ tot⁹ ſtati illabit᷑. Serpēs
ei ifernalis hꝫ caput. ſ. ſuggeſtionē
hꝫ ⁊ corp⁹. ſ. ꝯſēſū. hꝫ ⁊ caudā. ſ. cō
ſūmationē opis. Ubi aūt ponit ſug
geſtiōis caput: ſtati pōit corp⁹ cōſē
ſus ⁊ caudā opis. ⁊ iō i ſuo capite ē
cōterēd⁹. In aliqb⁹ ei ē iſte ſerpens
quātū ad caput corp⁹ ⁊ caudā q̄. ſ. ha
bēt malas cogitatiōes ꝯſenſ⁹ ⁊ opa.
Aliq̄ ỽo dimittūt mala opa in iſta.
xl. ſꝫ tamē poſt paſcha ad eadē re-
dire itēdūt. Iſti āputāt ſerpēti cau
dā ⁊ tñ adhuc viuit i eorꝫ cordib⁹ q̄tū
ad corp⁹ ⁊ caput. i. q̄tū ad ſuggeſtio
nē ⁊ cōſenſū. Aliq̄ pctm̄ deſerūt q̄tū
ad ꝯſenſū ⁊ op⁹. Iſti aūt āputāt cor-
p⁹ ⁊ caudā: viuit tamē adhuc i capi
te ꝑ malā ſuggeſtionē. Qñ aūt ſug-
geſtiōi reſiſtit᷑ tūc caput āputat᷑: et
tūc nocere ñ pōt nec q̄tū ad caudā.
i. op⁹ malū. nec q̄tū ad corpus. i. ad
ꝯſēſū nec q̄tū ad caput. i. ſuggeſtio
nē q̄ ex toto ꝯtrit⁹ ē. Iō dr̄ Geñ. iij
Ipſa ꝯteret caput tuū. i. ſuggeſtio-
nē tuā q̄ dr̄ caput ñ tm̄: q̄ ē ꝑnci piū
pcti ſꝫ etiā dr̄ caput a capiendo. q̄
diabol⁹ ꝑ ſuā ſuggeſtionē oēs capit
Et tu iſidiaberꝭ calcāeo ei⁹. i. morti
ei⁹ q̄ dr̄ calcāeū ñ tm̄ q̄ ē finis hoīs
ſꝫ etiā q̄ calcaneū dr̄ a calcādo. per
q̄d itelligit᷑ mors bonoꝝ: q̄ calcaue
rūt frena vl̄ dr̄ a calo q̄ eſt duricies
pedū. ꝑ q̄d itelligit᷑ mors maloꝝ q̄
fuerūt duri i pctis. diabol⁹ ei i fine i
ſidiabit᷑ ⁊ malis vt eos rapiat ⁊ bōis
ſi forte aliq̄d iuſi eis iueīat. Ser. ñ.

**D**uctus eſt ie
ſus i deſertū ⁊c. In p̄ſē
ti euangelio quattuor
ſpirit⁹ exp̄mūtur, ſ. ſpi
rit⁹ diuin⁹: hūan⁹ ma-
lign⁹ ⁊ āgelic⁹. Spūs diuin⁹ xp̄ꝫ in
deſertū deduxit. ſpūs hūan⁹ ipſum
eſurire fecit. ſpūs malign⁹ ipſū ten
tauit. Spūs āgelic⁹ ſibi miniſtrauit
Prim⁹ igit᷑ ſpūs. ſ. diuin⁹ xp̄m i de
ſertū deduxit. Uñ dr̄ duct⁹ ē ieſ⁹ in
⁊c. Eodē mō ſpūs diuin⁹ in deſertuꝫ
nos deducit: dū pñiā nos ichoa
re facit. Iſtud deſertū ſignificatur
per illud deſertum in quod deus fi
lios iſrl̄ deduxit dū eos de egypto
eduxit In q̄ q̄dē deſerto habuerūt q̄
dā aſpa ſcilicet itineris fatigatio-
nē. ⁊ q̄dā ſuauia. ſcilicet māne refe
ctionē. Sic etiā ſerui dei exeūtes d̄
egypto peccati venire dicūtur i de-
ſertū pñie ſalutaris: i q̄ exteri⁹
debēt habere aſpitatē iteri⁹ tñ ha-
bēt diuīe ꝯſolationis ſuauitatem.
Prio nāq; dicūtur habere pñiā
aſpaꝫ ex eo q̄ talis penitētia meli⁹
curat pctā. ſicut dicit chriſo ſup ma
the. triplici exēplo. ſ. exēplo medi-
ci corruptos hūores curātꝭ exēplo
agricole vicioſas herbas vel radi
ces eradicātis exēplo artificis no-
dos lapidū precidentis. dicit enim
q̄ aſpa medicia hūores corruptos
melius euacuat: raſtrum ferre-
um vicioſas radices melius eradi

cat: ferruz durū nodos lapiduz melius reſecat. Pctōr ei aliqn plenus ē humorib⁹ corruptis luxurie. ꝑ. putrueꝛt ⁊ corrupte ſūt cicatrices mee Aliqñ hz malas radices cupiditatis ⁊ auaricie. i. Thim. vi. radix oīz maloꝝ ē cupiditas Aliqñ hz nodos mētis ſupbie. Job. xv. Quid tumet ꝯtra deū ſpūs tu⁹. Contra iſta tria vitia ſunt tria remedia: Pͥo ē carnis mortificatio q̄ eſt tāq̄ȝ medicia amara purgās ⁊ euacuās oēs corruptos honores luxurie Eccl'ia. xi. Malicia vni⁹ hore obliuionē facit luxurie magne. malicia aūt ibi vocaꝛ pena q̄vere videtur eē mala de hac medicina amara dꝛ Eſa. xxiiii. Amara erit potio bibētib⁹ illā. ſecūduz ē oīz ꝛenoꝝ deſpecti o q̄ ē tā q̄ȝ raſtrū ferreū euellēs radices malaꝝ cupiditatū. Qui ei vult cupiditates abſcidere ⁊ diuitias retinere cū raſtro de palea hoc nitiꝛ facere. Sȝ q̄ ex toto eas abūcit: ferreuz raſtruz appōit. Iſtū modū docebat dominꝰ mat. xix. Si vis pfectꝰ eē vade ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da paupibus. Tertiū ē mortꝭ meditatio: ⁊ iſtud ē tanq̄ȝ malleꝰ ferreꝰ ꝑcedēs oēs tumorē ſupbie. Ferrū ei a feriēdo vꝉ a firmitate nomē recepit. mors ei dꝛ ferrea: ſiue qꝛ oīa vitia ferit ⁊ domat. ecclci. vii. Memorare nouiſſima tua. ⁊c. Siue qꝛ ē dura ⁊ iflexibilis: ex eo ꝙ nulli pcit. ps. Quis ē hō q̄ viuet ⁊ nō videbit mortē Quāuis aūt ſerui dei habeāt aſpitatē penitētie exterius: itus tn̄ iſto deſerto penitētie recipiūt diuīe ꝯſolatiōis ſuauitatē. Oſee. ii. Ducā eā i ſolitudinē ⁊ loq̄r ad cor eius hoc ſignificatū ē vt dictū ē de filiis iſrl'ō lz in deſerto habueꝛt laborē duriſſimum: habueꝛt tamē mānā dulciſſimū ipſuz tn̄ mānā recipere nō potueꝛt donec defecit eis faria egypti ⁊ donec trāſieꝛt mare egypti. Per egyptuz que tenebre interp̄tatur aīa ꝑ peccatuz tenebroſa ⁊ nigra intelligitur

Qui igiꝛ vult recipere mānā dulcedinis iterne exeat de pcti tenebroſitate. Vñ ſꝛ illud. ꝑ. Qui dat iumētis eſcaz ipſoꝝ. dicit gloſa ꝙ q̄ȝdiu pulli coruoꝝ habēt plumas albas a ꝑarētib⁹ relinquūtur: ⁊ rore celeſti paſcūtur Qñ aūt nigreſcere icipiūt tunc corui eos paſcere icipiūt. Sic etiā corui iternales paſcunt aīam qñ nigredine peccati eſt infecta. De⁹ aūt eā paſcit quādo ē puritate ⁊ mūdicia cādida. Secundo non pōt q̄s mānā dei in deſerto penitētie accipere niſi abiiciat farinā egypti q̄ ē delectatio ⁊ cōſenſ⁹ peccati. Tales erūt illi de quib⁹ dicitur Numeri. xi. ꝙ flagrabāt deſiderio carniū. i. carnalitatem: in quorum mētes ſepe veniebāt porri: cepe ⁊ allia Dicunꝛ autez porri a porrigendo, eo ꝙ porrigūtur id eſt longe extendūtur. Cepe aūt dicuntur a cephas qđ eſt caput. Allia ꝓo dꝛ q̄ ſi olida abolēdo Per porros igiꝛ ſignificaꝛ auaricia. q̄ lōge extēdiꝛ. iuxta illud hiere. vi. Oēs ei a miore vſq̄ȝ ad maiorē auaricie ſtudēt. Per cepas itelligiꝛ ſupbia q̄ ē caput ⁊ iitiū pctōꝝ Eccl's. x. Initiū oīs pcti ſupbia Per alia itelligiꝛ luxuria q̄ fetida ē. Eccl's ix. Oīs mulier q̄ ē fornicaria: q̄ſi ſtercꝰ ivia ꝯculcabiꝛ. Illi igiꝛ volūt redire i egyptuz vt comedāt porros cepas ⁊ allia q̄ adhuc mūdū diligētes diuitias appetūt honores ambiūt ⁊ carnalib⁹ delectātur. Tertio nō pōt q̄s iſtud mānā celeſte in deſerto pñītētie recipere niſi trāſeat mare egypti. i. niſi abiiciat fluctuatiōes ⁊ ꝑbatiōes aī. hic ē ꝙ hō non pōt faciē ſuā i aq̄ ſpeculari. Aut qñ aqua ē turbida Aut qñ ē inquieta. Aut q̄ñ hō ſe nō iclinat. Sic etiam illa aīa deū ꝯtēplari nō pōt vꝉ qñ agitaꝛ in decudie luxurie. vꝉ qñ ē plena turbatiōe ꝑ auariciā: vꝉ qñ ſe nō icuruat hūilitate. Iſta tria tāguntur. Eſa. lxi. ſcđꝫ aliā trāſlationē ſꝛ quē redeſcet ſpūs me⁹ niſi ſup humi

ler ꝗetū ⁊ ſermōes meos tremētez.
Nā hūilitas facit ī aīa īcuruationē
Quies facit trāq̄llitatē. Timor ad
ducit puritatē. iuxta illō eccľ. Tior
dn̄i expellit pctm̄. Scd̄a ē ſp̄us hūa
nus q̄ xp̄m fecit eſurire. Notādū q̄
xp̄s quattuor vicib⁹ eſuriit. Una nā
q̄ vice eſuriuit ⁊ non hūit q̄d cōede
ret niſi lapides vt hic. Per lapides
itelligūt hoīes duri q̄ nō pn̄t ad pe=
nitētiā frāgi. hoīes frigidi q̄ nō pn̄t
igne diuini amoris iflāmari hoīes
aridi ꝑ ſicci q̄ nō pn̄t rore diuīe do=
ctrīe hūectari: tales nō pn̄t incorpa
ri a xp̄o ſed a dyabolo. Ip̄e em̄ cuꝫ
ſit lapide⁹ lapides ſibi icorpat. Job
xli. Cor eius idurabit quaſi lapis.
Alia vice eſuriit ⁊ nihil hūit cōede=
re niſi folia ſicut ptꝫ in ficulnea: de
qua hr̄. Mat. xxi. Et ſicut nō come=
dit lapides .i. corda dura: nec folia:
id eſt v̄ba. Arbor q̄dē pducit folia:
gēmas: flores: et fructus. Folia ſūt
bona v̄ba. gēme ſunt bone cogita=
tiones. Flores ſunt bone volūtates
Fruct⁹ ſunt bona opa. Sicut igr̄ hō
non paſcit de gēmis floribꝫ ⁊ foliis
ſed de fructibus. Sic nec de⁹ paſcit
de bonis v̄bis nec de bonis cogita=
tionib⁹ ſi nō eſt ibi aliud: nec de bo
nis volūtatib⁹ q̄n ope non iplent ſi
aūt ipleri pn̄t. Sꝫ de bonis fructib⁹
id ē bonis opibus. Cañ. ii. Fructus
ei⁹ dulcis gutturi meo. Tertia vice
eſuriit. ſ. i cruce. Et tūc data ſunt ſi=
bi fel acetuꝫ ⁊ abſinthiū. Tali cibo
cū paſcūt qui opa de gn̄e bonoꝝ in
mortali pctō faciunt. Tres em̄ ſunt
ꝑtes ſatiſfactiōis. ſ. elemoſyne: orōnes et ieiunia. Elemoſyne facte in
pn̄ia ſunt tāq̄ mel: facte in mortali
pctō ſunt tāq̄ fel. Orōnes v̄o facte
in pn̄ia ſunt tāq̄ vinum optimum.
Facte v̄o in pctō mortali ſunt tāq̄
acetū. Ieiunia facta in pn̄ia ſunt tā
q̄ balſamū Fctā v̄o in pctō morta=
li ſunt tāq̄ abſinthiū. Hec aūt intel
ligēda ſunt ꝯpatiue. Plus ei valent
elemoſine: orōnes ⁊ ieiunia vnius
diei fctā in pn̄ia. q̄ cētū ānoꝝ ī pctō
mortali exhibita. Quarto xp̄s eſu
rit quotidie nr̄am ſalutē ⁊ cōuerſio
nē Chryſo. Sicut ꝯcupiſcibile ē no
bis cōedere ſic xp̄o ſaluare. Iſtū ci
bū intm̄ xp̄s deſiderat q̄ ēt hoſtiari
ipm̄ mēdicat. Apoc. iii. Ego ſto ad
oſtiū. ⁊c. vſq̄ ibi ⁊ ip̄e mecū. i. pone
m⁹ ad ſaccū ſuū a ſymbolū. In iſta
eniꝫ cena dꝫ pctōr penitēs ponere
tres ꝑtes ex ꝑte ſua. ſ. contritionē:
cōfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē. De⁹ autē
ponit tres alias ꝑtes ex ꝑte ſua: ſcꝫ
remiſſionē culpe ſolationē gr̄e. ⁊ ꝑ
miſſionē gl̄ie. Sed multi ſunt de na
tura ioculatoꝝ q̄ ſemꝑ volūt come
dere de alieno ⁊ nunq̄ de ſuo: q̄r vel
lent q̄ de⁹ eis pctā ſua remitteret. ⁊
grām cōferret et gloriā exhiberet.
Ipi autē nec volūt cōtritionē hr̄e:
nec ꝯfeſſionē facere: nec ſatiſfactio
nem implere. Terti⁹ eſt ſp̄us mali=
gn⁹ q̄ xp̄m tentauit. Uoluit autem
xp̄s tētari trib⁹ de cauſis. Prio vt
tentatis cōſolationē daret. Fuit ei
tentat⁹ ſtatim q̄n fuit baptizatus:
q̄n a pr̄e fili⁹ eſt appellatus q̄n ſp̄ūſ=
ſctūs in ſpecie colūbe ſuꝑ eū māſit:
q̄n celum ſibi apertum fuit q̄n. xl. die
bus ⁊ noctibus ieiunauit vt detur
intelligi q̄ ſi aliq̄s tentat ꝑp hoc nō
eſt minus a pctō mūdat⁹ nec eſt mi
nus dei filiatione dignus: nec min⁹
ſp̄ūſctō plenus nec eſt minus celo
dignus nec eſt minus in penitētia
acta acceptus Secūdo voluit tēta=
ri vt ī pugna ſp̄ūali certos nos red
deret. Periculū eſt ei hoſtē iuxta ſe
hr̄e et ignorare. Hiero. Tunc maxi
me impugnaris cum te impugnari
neſcis. Poſſumus autē de hoc certi
eſſe tripl'r. Primo ꝑ ſcp̄ture aſſerti
onē. Job. vii. Militia eſt vita hoīs
ſuꝑ trā. Ephe. vi. Nō eſt nobis col
luc. aduer. car. ⁊c. Secundo ꝑ dn̄i tē
tationē q: ſi tētat dn̄s: tentatr̄ ſer=
uus. Johā. xiii. Non eſt ſeruus ma
ior dn̄o ſuo. Tertio per tentatoris
frequentem apparitionem. Nam

btō Martino in forma cruente be=
ſtie appuit. Btō anthonio in ſpecie
pueri nigerrimi viſus fuit. Cuidaȝ
etiam ſctō patri in ſpecie medici ſe
manifeſtauit ferens diuerſas āpu=
las dicens. Si quis noluerit de vna
ꝓpinabo ſibi de alia. Tertio tētari
voluit vt tētatis ⁊ tribulatis meliꝰ
miſereri ⁊ cōpati ſciret. Nemo em̄
pōt moueri ad ꝯpaſſionē ⁊ miaȝ ni=
ſi alioꝝ cognoſcat miſeriā. Que q̄=
dē cognoſci pōt: aut audiēdo aut vi
dēdo: aut experiēdo. Si ei audio di
ci q̄ paſſio illata ſit magna pena: iā
ſcio ⁊ cogſco illud ꝑ auditū. Si autē
videro aliquē dictā paſſionē patiē=
tē ⁊ i magna agonia ꝯſiſtere ſe hor
ribiliter ac terribiliter agitare: ⁊ q̄
rulas voces ꝯclamare: ſcio ⁊ cogno
ſco illud ꝑ viſum. Si igr̄ illā paſſio=
nē in corpe meo patior ſcio illud et
cognoſco ꝑ expientiā. Et iſta cogni
tio certior eſt q̄ꝫ due p̄dicte. Hūanū
em̄ genꝰ in l'ras oli tētatiōes ⁊ miſe
rias patiebat̄ ⁊ ideo ad deū clama=
bat. ⁊ totū celū gemitibꝰ ⁊ clamori=
bꝰ iplebat: ⁊ tūc deꝰ miſerias eiꝰ quo
dāmō ſciuit ꝑ auditū. Exo. ij. In ge
miſcētes filij iſrl' ꝓpter opera vo.
ſunt. et aſcen. cla. eoꝝ ad dn̄m ⁊ au.
ge. eoꝝ. Dn̄s igr̄ clamoribꝰ eoꝝ exci
tatꝰ deſcēdit. ⁊ .xxxiij. ānis nobiſcū
moratꝰ fuit: ⁊ ſic nr̄as miſerias vi=
dit ita q̄ illō q̄d pꝰ ſciebat audiēdo
poſtea ſciuit vidēdo. Exo. iij. Uidi
afflictionē ppl'i mei q̄ ē in egypto ⁊
cla. eoꝝ au. ⁊ deſcē. li. eū de manibꝰ
egyptioꝝ. Tādē nr̄as tētatōes ⁊ mi
ſerias ſciuit ꝑ expientiā q̄ eas aſ=
ſumpſit in ſe. Heb. iiij. Nō ei hēmꝰ
pōtificē q̄ nō poſſit cōpati īfirmi ⁊c.
Aſſūpſit aūt ꝑ optatā tētationē: tri
ſticiam dolorem ⁊ mortē vt ſic ſimi
lis nobis fieret ⁊ noſtras miſerias
meliꝰ cognoſceret: et nobis melius
miſereri ſciret. Heb. ij. Debuit ei ꝑ
oīa fratribꝰ ſimilari vt mi. fieret ⁊c.
Ibidē in eo em̄ in quo paſſus eſt ip
ſe ⁊ tentatus: potēs eſt ⁊ eis qui ten

tantur auxiliari. Quartus eſt ſpūs
angelicꝰ q̄ xp̄o miſtrauit. Intelligū
tur aūt āgeli triplicē ſibi cibū mini
ſtraſſe. P'rio cibū mat'ialē q̄ cōſiſtit ī
corpali refectiōe quē xp̄o eſurienti
miſtraſſe credūt: quē et helye mini
ſtrauerūt vt hr̄. iiij. reg. xix. Scd̄o ci
bū ſpūalē q̄ cōſiſtit in puritatis dele
ctatiōe. Si ei xp̄s paſcit̄ ⁊ delectat̄
in puritate hoīȝ. iuxta illud Cañ. ij.
Qui paſcit̄ int' lilia: multo fortiꝰ in
puritate angeloꝝ. Tertio cibū ce=
leſtē qui cōſiſtit ī dei laudatiōe. iux
ta illō. p̄. Nūqd̄ m̄āducabo car. tau.
⁊c. Immola deo ſacrificiū laudis.
Iſtū cibū āgeli deo ſp̄ miſtrāt iux=
ta illud. Job. xxxviij. Ubi eras cuȝ
me laudarēt aſtra matutiā ⁊ iubila
rēt oēs filij dei. ¶ Ser. iij. de eodē.

Et cū ieiunaſ=
ſet q̄draginta noctibꝰ et
q̄dragita diebꝰ poſtea
eſuriit. In iſto euange
lio mētio fit de tribꝰ. ſ.
de xp̄o ieiunāte: de diabolo tētāte:
et de āgelo miſtrāte. Xp̄s nāq̄ qua
dragita diebus ⁊ q̄dragita noctibꝰ
ieiunauit. Ieiuniū ei q̄drageſimale
approbatū fuit ꝑ legē moſaycā et ꝓ
pheticā. ipm̄ approbauit ꝑ euāgeli
cā legē. Moyſes ⁊ xp̄s ei legiſlator ⁊
helyas eximiꝰ ꝓpha ꝑ in iſto nūero
ieiunauerūt. Iō iſti duo ſoli in tranſ
figuratione ſibi apparuerūt. Xp̄us
aūt noluit ieiunare plus q̄ꝫ illi: ne de
us a diabolo putaret̄. Nec minꝰ q̄ꝫ
illi ne purus hō videretur. Et q̄ ſe
cūdū Greg Oīs xp̄i actio noſtra eſt
inſtructio ideo et nos iſtruimur vt
exemplo xp̄i in iſto numero ſimili=
ter ieiunemꝰ. De quo ieiunio tria
ſunt vidēda. Primo de numero die=
rum ieiunij iſtiꝰ. Secūdo de differē
tia ⁊ ſpecie ieiunij. Tertio de effica
cia et vtilitate ieiunij. Circa p̄muȝ
notādū q̄ ieiuniū in numero q̄dra=
genario obſeruamus multiplici rō
ne. Quaꝝ vna ſumit̄ a ꝑte xp̄i ⁊ alia

 

a parte noſtra. Chriſt⁹ eē numerū quadragenariū m'tipl'r ꝯſecrauit ſcȝ ſua ꝯceptione: q: .xl. ſeptimanis fuit invtero virginis. Sua predicatione q: .xl. mēſibus p̄dicauit i mūdo. Sua ieiunij obſeruatione: q: .xl dieb⁹ ieiunauit i deſerto. ſua paſſione q: .xl. horis iacuit in ſepulchro. ¶ Sua reſurrectionē q: q̄draginta dieb⁹ poſt reſurrectionē fuit cū diſcipulis in mūdo. Alie rōnes ſumūtur a parte noſtra. Nos eni ſeruire debem⁹ deo de corp̄e nr̄o de aīa noſtra: de tp̄e nr̄o: et de op̄ib⁹ nr̄is. Sȝ q: de his ſepe deo negligenter ſeruim⁹: ideo per hūc nūe℞ ieiunū ſibi ſatiſfacere debem⁹. Primo nāq̧ p hūc nūerū deo ſeruimus de corpore noſtro. Iſtam rōnem aſſignat Grego in omel'. dicens. In hoc mortali corpe ex quattuor elemētis ſubſiſtim⁹ per cui⁹ volūtatem preceptis dominicis contrahim⁹ q̄ per decalogū ſunt accepto. Q: igit' per carnis deſideria decalogi mandata contēpſim⁹ dignū eſt vt eandem carnem quaterdecies affligam⁹. Secundo per hūc nūerū deo de anima noſtra ſeruim⁹ Nam in anima noſtra ſūt ſeptem virtutes tres. ſ. theologice et quattuor cardinales per q̄s deuȝ trinum ⁊ vnum cognoſcere et amare debem⁹. Quaternari⁹ autēȝ propter quattuor tp̄a anni p̄ntem vitā deſignat q: ergo nr̄o ſeptenario anime deo trinitati in tota nr̄a vita nō ſeruim⁹: ideo dignū eſt vt hoc q̄dragenario nūero ieiunem⁹. Tertio per hunc nūe℞ deo ſeruiem⁹ de tp̄e nr̄o. Iſtā rōnē aſſignat Greg. dicēs. A p̄ma dn̄ica q̄drageſime vſq̧ ad paſcha ſex ebdomade veniunt qua℞ dies .xlij. ſūt. Ex q̄b⁹ dum ſex dies dn̄ici ſine abſtinētia abſtrahūt' xxxvi. in abſtinētia remanēt. Duȝ do p .ccclxvi. dies ann⁹ ducit' q̄ſi anni decimā deo dam⁹. Quarto p hūc nūe℞ ſeruim⁹ deo de op̄ib⁹ noſtris. Op̄a ei nr̄a dn̄t eē circa obſeruationē decē mādato℞ dei ⁊ ꝯpletionem quattuor euāgelio℞. Iſtā rōnē aſſignat Greg. dicens. Cur in abſtinentia q̄dragenari⁹ nūer⁹ cuſtodit': niſi q: virt⁹ decalogi per libros .iiij. ſcti euangelij implet'. ¶ Scdo videndū eſt de differētia in ſp̄ē ieiunij. Que quidam ſunt ſex. ¶ Prima ei abſtinētia ē ab his q̄ in ſe et ſcd̄m ſe ſūt mala. ſ. a vitijs ⁊ pct̄is. Eſaye. lviij. Nōne hoc eſt magis ieiuniū qd̄ elegi. Diſſolue. ⁊c. Pct̄ā eē quodāmō ſūt colligata: q: vnū trahit ad aliud ⁊ vnū nō remittitur ſine alio. Ideo d'r. Diſſolue cogitatiōes impietat⁊ Quot ēt hō hȝ gr̄a pctō℞ tot hȝ diuerſitates faſciculo℞ qui mētē opprimūt. ideo ſubdit' Solue faſciculos deprimentes. Pct̄ā enim in diuerſas partes cor frangūt: et in ſeruitutem dyaboli redigunt ideo ſubditur. Dimitte eos q̄ cōfracti ſunt liberos. Pax igitur homini p̄deſt abſtinere a cibis niſi et abſtineat a pct̄is. Hieron. Tūc preclara ē apud deū abſtinentia corporis: cū anim⁹ ieiunat a vitijs. Quid eē p̄deſt corp⁹ attenuare abſtinētia: cū animus intumeſcit ſupbia. Iſido. q̄ a cibis abſtinēt ⁊ mala agūt demones imitant' quibus eſca ſemp abeſt et culpa ſemp adeſt. ¶ Scd̄a abſtinētia ē abſtinere ab his q̄ ſunt occaſio mali. ſ. a laſciuia ſenſuū. De hoc dt bernar. in ſermone q̄drageſime. Si ſola gula peccauit: ſola ieiunet ſi aūt peccauert cet'a mēbra cur nō ieiunent ⁊ ip̄a. Deinde ſubdit'. Ieiunet ocul⁹ a curioſis aſpectibus. Ieiunet aur' a fabulis ⁊ rumorib⁹. Ieiunet ligua a detractiōe ⁊ murmuratiōe. Ieiunet man⁹ a malis op̄ib⁹. Ieiunet anima a vitijs ⁊ p̄pa volūtate. ¶ Tertia abſtinētia ē ab his q̄ hn̄t ſpēm mali. ſ. Theſſ. v. Ab oi ſpecie mala abſtinete vos. ⁊ hoc maxie p̄p ſcādalū p̄rimo℞. Specie' mali hn̄t x̄ba ſcurrilia ſepe dicere ⁊ inſidicias notare. lligua hebraica ſcd̄ȝ. Iſi.

fuit pͥma ⁊ erit vltima. Et dt Rab
bi moyſes q in illa lingua nullũ vo
cabulũ eſt ad nominãdũ aliqd inho
neſtũ. Ex q̄ tria notabilia eliciũtur
Unũ q vocabula turpitudinũ nõ fue
rũt ab inſtitutiõe diuia: ſed ab iuen
tiõe hũana. Scd'z q multũ diſplicēt
deo vba ſcurrilia: q: ea ponere nolu
it in liguã quã hoi pcreauit. Tertiũ
q ille hz liguã celeſtē q a talibus ſe
ſeruat imunē. Quarta abſtinētia ē
ab his q̄ ſunt ſil' ⁊ ſpecies mali ⁊ oc
caſio mali. ſicut ēvanus ornat⁹ et ſu
ſpecta familiaritas mulierꝶ. Uan⁹
el ornat⁹ ⁊ hz ſpeciē mali: q: vr̄ q ta
les mulieres nõ ſũt pudice ſed laſci
ue. Et eſt occaſio mali: q: ſepe icau
tos decipiũt. Suſpecta et familiari
tas mulierꝶ hz ſpeciē mali ⁊ ē occa
ſio mali Ber. Cũ mulierib⁹ ſepe ꝯſi
ſtere ⁊ ſe imunē ſeruare mai⁹ eſt q̄
mortuũ ſuſcitare. Qd min⁹ ē nõ po
tes: et quod mai⁹ eſt vis. vix credã
tibi. Quita abſtinētia ē ab his q̄ li
cita ſunt. Licitũ qdē eſt ad vxorē ac
cedere debitores repetere aliqs cõ
ſolatiões recipe: venatiõi vacare. ſz
tñ i qdrageſimali tpe debem⁹ a tali
bus abſtinere. De pͥmo dicit Amb.
Nullus oino i quadrageſima vxo
ri ſue āte octauã paſche iungatur.
Aug. in ſermone. de. xl. Eſtote his
dieb⁹ crebrius ieiunãtes ⁊ paupib⁹
largi⁹ tribuētes ⁊ vobiſmetipis ipē
dētes: et ꝯiugali copula abſtinētes
De ſecũdo dicit Greg. exponens il
lud vbũ Eſa. lviij. Ecce in die ieiu
nij vr̄i inuenit voluntas vr̄a ⁊ debi.
veſtr. re. Necq em qui debitorē ſuũ
hoc quod dz repetit aliquod iiuſtũ
facit. lz dignũ eſt vt qſquis ſe i pnia
macerat: et quod iuſte ſibi ꝯpetit i
terdicat. De tertio dicit ꝓpha. Rē
nuit ꝯſolari aia mea. Bern. Deli
cata eſt diuia cõſolatio: et non dat
admittentib⁹ alienã. De quarto di
cit Amb. An illum ieiunare putas
qui pͥmo diluculo vigilãs ad eccle
ſiã nõ vadit ſed ſurgēs ſeruos ꝯgre
gat. retia diſponit: canes producit
ſaltuſq ꝑluſtrat. Sexta abſtinētia
eſt a cibo ⁊ potu. de q̄ ſic dicit Am
bro. Moneo ⁊ cõteſtor vos vt nullus
vr̄z niſi forte infãs ⁊ infirm⁹ ſit vſq
in paſcha dñi niſi i dñicis dieb⁹ āte
nonã mãducet aut bibat. aug. alijs
dieb⁹ ieiunare aut remediũ eſt aut
pͥmiũ. In qdrageſima nõ ieiunare
pctm̄ eſt. Alio tpe qui ieiunat ac
cipiet idulgētiã. In qdrageſima q̄
pōt ieiunare ⁊ nõ ieiunat ſentiet pe
nã. Tales q̄ ieiunare cõtēnũt i futu
ro fame ⁊ ſiti deficiēte. Eſaye. lxv.
Ecce ſerui mei comedēt ⁊ vos eſu
rietis: ecce ſerui mei bibēt ⁊ vos ſi
tietis. Uerꝫ eſt tñ q ꝓ vino hēbũt fel
drachonũ ⁊ venenũ ſerpētũ. Deuto.
xxxij. Fel drachonũ vinũ eoꝝ: et ve
aſpi. iſa. Pro pane hēbũt ignitũ cal
culũ. puer. xx. Suauis ē hoi panis
mēdacij: ⁊ poſtea iplebit os ei⁹ cal
culo. Talis panis nõ poterit maſti
cari: q: dur⁹ lapis ē. nec in ore poſit
tollerari: q: ignitus eſt: nec ab ore
poſit reijci. q: oris ipletiu⁹. ꝓ pnia
vo habebũt ſempitnũ interitũ ps.
Mors pctoꝝ peſſima. Itē mors de
paſcet eos. Tertio vidēdũ ē de vtili
tate ieiunij: q̄ triplex ē. Pria ē q: ꝑ
hoc de⁹ recõciliat. Huius exeplũ ha
bem⁹ Jone. iij. c. in niniuitis. Ubi dr
hoies ⁊ iumēta boues ⁊ pecora nõ
guſtent qcq̄. vbi dicit Amb. Quale
eſt hoc xp̄ianũ nõ facere quod pecu
des fecerũt niſi q ſtolidior eſt pecu
de q̄ idicto ſibi ieiunio a ſacerdote
nõ ieiunat pec⁹ qdē declinat foueã:
cauet pcipitiũ. Tu aũt nõ vis ieiu
nãdo piculũ decliare quod cernis.
Deſpationis gen⁹ ē tũc mãducare
cũ ieiunare debeas: tũc gaudere cũ
debeas plorare. Secũda ē q: ꝑ hoc
hõ ad priam celeſtē ducit. Hieroni.
ꝯtra Jouinianum. Quãdiu adã ie
iunauit in padiſo ſtetit. Hinc oſten
dit ꝑ ieiunium ad padiſum nos poſ
ſe reuerti a quo ꝑ ſaturitatē fuera
m⁹ eiecti. Gregori⁹ i omelia. A pa

ꝑadiſi gaudijs per culpā gule ceci-
dimus: ad hec ꝑ abſtinētiā reſurga
mus. Tertia eſt qꝛ ꝑ hoc dyabolus
fugat᷑ Diabolus ei eſt ſerpēs: ē pi-
ſcis eſt lupus: et eſt canis. Sicut ei
ſecūdū Ambroſiū. Sputū hōis ieiu
ni ſerpētē inficit ſic ieiuniū diabo
lū occidit. Et ſicut piſcis natat ī flu
uijs ꝛ morit᷑ ī ſicco: ſic diabolꝰ dele-
ctat᷑ in aquis delitiaꝝ ꝛ moritur in
ſicco abſtinētie. Et ſicut fames ex-
pellit lupū a nemore: ſic ieiuniū ex
pellit: dyabolū a corde. Et ſicut aq̄
bulliēs expellit canē de coquina: ſic
ōfo feruēs dyabolum fugat de aīa.
Marc. ix. Hoc genꝰ demonioꝝ ī nul
lo pōt exire niſi in ōfone ꝛ ieiuno.
Scdo in euāgelio fit mētio de dya
bolo tētāte. Diſtiguit aūt. Aug. ſu
per pſalm̄. Qui hītat ī adiutorio al
tiſſimi: in ꝓtectiōe dei celi ꝯmora-
bitur. quattuor gn̄a tentationum.
Una eſt leuis ꝛ occulta q̄ notat᷑ cuꝫ
dicit᷑. Nō timebis a tiore nocturno
Alia leuis ꝛ apta q̄ notat᷑ cū dr̄. A
ſagitta volante in die. Tertiā gra-
uis ꝛ occulta q̄ notat᷑ cū ſubditur. A
negocio perambulāte in tenebris.
Quarta ḡuis ꝛ apta: q̄ notat᷑ cū ſub
dit᷑. Ab icurſu ꝛ demonio meridia-
no. Iſtis q̄ttuor modis diabolꝰ xp̄ꝫ
tētare voluit ſed non ꝑualuit. Pr̄io
tētatiōe leui ꝛ apta: cū dicit. Dic vt
lapides iſti panes fiāt. Iſta ei tēta
tio fuit leuis qꝛ de cibo corꝑali ꝛ ne
ceſſario. Et fuit apta eo ꝙ de cibo
ſpūali nullā faciebat mētionē. Se-
cūdo tētatiōe leui ꝛ occulta qn̄ ſta-
tuit eū ſup pinaculū tēpli tūc ei de
aliq̄ motu vane glorie eū tētare vo-
luit. ꝛ iō fuit tentatio leuis ſed tn̄ ꝑ
hoc ſuā ꝑtātē cogn̄ſcere itēdebat: et
ideo fuit occulta. Tertio tētatione
graui ꝛ occulta. qn̄ eū tētauit de a-
uaricia. Talis ei tētatio fuit ḡuis
qꝛ de graui pctō: et fuit occulta: qꝛ
aliud ꝑtēdebat ꝛ aliud itēdebat. ꝑ-
tēdebat eiꝰ ſublimationem: ſꝫ itēde
bat eiꝰ ꝑpetuā deiectionē. Quarto

tētatiōe graui ꝛ manifeſta qn̄ tēta
uit eū de ydolatria dicēs. hec oīa ti
bi dabo ſi cadēs adoraueris me. Ter
tio ī euāgelio fit mētio de angelis
miſtrātibꝰ. hec aūt miſtratio tripl'r
pōt itelligi ſcd̄m tres naturas q̄ ſūt
in xp̄o. vel de ꝯgratulatione vel de
tpali ſubuētiōe. nā āgeli miſtrabāt
id ē ſimpl'r adorabāt ꝛ hoc reſpectu
deitatis. Uel miſtrabāt. i. ei pugnā-
ti cōgaudebāt: ꝛ hoc reſpectu aīe q̄
ſic pugnabat ꝛ vicebat. Ul' miſtra-
bāt. i. ſibi eſuriēti ī cibo materiali
ſubueniebāt ꝛ hoc reſpectu carnis.
Sicut ēt olī āgeli helye miſtrauerāt
vt hr̄. iij. Reg. xix. Sꝫ tn̄ helye mini
ſtrauerāt ad ſuū q̄dragenariū ꝑficiē
dū. Christo vero miſtrauerūt poſt
ſuū quadragenariū celebratum.

¶ Dn̄ica. ij. Sermo. j.

Egreſſus ie-
ſus ſeceſſit in ꝑtes ty
ri ꝛ ſydonis. Math. xv.
Dn̄s ieſus xp̄s mltos
viros ad pn̄iam addu
xerat mltos ī ſuis petitiōibꝰ exau-
dierat mltos in corꝑe ꝛ aīa curaue
rat iōcꝫ ne mulieres a ſuis bn̄ficijs
viderēt᷑ excluſe: iſtā mulierē chana
neā ad pn̄iaꝫ adduxit. vn̄ cātat ec-
cleſia. Qui chananeā ꝛ publicanum
vocaſti ad pn̄iaꝫ. Ipam in ſua peti
tiōe exaudiuit et filiā eiꝰ in corꝑe ꝛ
aīa ſanauit: vt hoc daretur intelli-
gi ꝙ aduētꝰ ſuꝰ nō tn̄ fuit ꝓpter ſa
lutem viroꝝ: ſed ēt mulieꝝ. In iſto
aūt totali euāgelio de q̄ncꝫ ꝑſonis
fit mētio. ſ. de xp̄o in q̄ erat magna
miſeratio. De muliere chananea ī
qua fuit iſtās petitio. De filia eiꝰ ī
qua erat magna vexatio. De dya-
bolo: ī q̄ erat malicioſa oppreſſio. ꝛ
de diſcipulis xp̄i in quibꝰ erat ma-
gna cōpaſſio. Primo igit᷑ ponit᷑ ꝑſo
na xp̄i in q̄ erat magna miſeratio.
Ideo dixit mulier. Miſerere mei
dn̄e fili dauid. Quāuis ei ſciret euꝫ
eſſe potētē ſapientē et iuſtum: tn̄ ē

nõ recurrebat ad ei⁹ potẽtiã vel ſa-
pientiã nec ad ei⁹ iuſticiã. ſed ad ei⁹
miam. q2 ſciebat ip̄z ad miaz eē ꝓm
ptũ quã q̄dem ꝓmptitudinẽ mie ha
buit et inq̄tũ de⁹ ⁊ inq̄tũ hõ. Unde
iſta mulier vtrãq3 miam petit: ⁊ q̄
hz inq̄tũ de⁹ cũ dicit. Miſerere mei
dñe ⁊ quã hz inq̄tũ hõ cũ dicit. Fili
dauid. Inq̄tũ igr̄ eſt de⁹ cauſat in
eo mia a trib⁹. Pmo a natura di-
uina cui⁹ ꝓpriũ eſt miſereri ſꝑ et
parcere. Sicut eni ignis naturalr̄
calorẽ hz: ſic de⁹ naturaliter habet
miam ⁊ bonitatẽ. Uñ dicit gl. Ioh.
ij. De⁹ a natura miſericors paratus ē
ſaluare per clemẽtiã quos non põt
ſaluare p iuſticiã. Secũdo cauſat a
cõſuetudie lõga: q2 a principio mun
di vſq3 in finem non ceſſauit nec ceſ
ſabit miſereri. P̄s. In eternũ mia ei⁹
Idē. Aut in finẽ miaz ſuã abſcidet.
q̄ſi diceret non. Et q2 longa ꝯſuetu
do vertit̄ i neceſſitatẽ: ſicut dicim⁹
de aliquo qui ſemper ꝯſueuit eſſe li
beralis iſte neſcit aliter facere. Sic
deo miſereri ꝯſũ eſt quodãmõ in
neceſſitatẽ incommutabilis volũta
tis. Tertio cauſat̄ ab oĩpotẽtia. Ex
eo eĩm q2 de⁹ omĩps eſt inuenit̄ miſe
ricors. Q2 q̄to q̄s eſt magnanimior
tanto ad miam pṕpitior Amb. Pro
cul eſt a magna nimis cupiditas vl
tionis. Quãto aũt quis eſt iĩfirmior
tanto ad vindictam ꝓmptior. Un-
de mulier magis appetit vindictã
q̄ vir. Q2 igit̄ de⁹ tã magnanim⁹ et
potens eſt: iõ tard⁹ ad vindictam et
pronus ad miam vel adveniã. Sap.
xi. Miſericors oĩm q2 omĩa potes.
Oratio. De⁹ qui omnipotẽtiam tu
am pcendo maxime et miſerendo
manifeſtas. Inq̄tũ aũt eſt hõ et fi
li⁹ dauid hz pṕpitudinẽ miſerẽdi
a trib⁹. Pmo ab vnctione interna
P̄s. Unxit te de⁹ deus. Sicut ei res
rigida vnctione efficitur mãſueta
ſic deus q̄ pri⁹ erat dur⁹ fact⁹ eſt ex
tali vnctiõe mãſuet⁹. Eſa. lxi. Spũs
dñi ſuper me eo q̄d vnxerit me. Se
cũdo cãtur a ꝓgenie propria q2 fuit
de ſtirpe dauid q̄ fuit hõ magne mi
ſericordie et mãſuetudis. j. Mach.
ij. Dauid in ſua mia ꝯſecut⁹ eſt ſedē
regni i ſecula. Tertio cauſat̄ ab ex
perientia: q2 ex ſeipſo didicit aliis
miſereri. Eccľ xxxi. Intellige que
ſunt proximi tui ex teipſo. Hebr. v.
Didicit ex his q̄ paſſus eſt obedien
tiam. Secũdo fit mentio de chana
nea in qua fuit inſtans petitio. Pe
tijt ei ſapienter inſtanter hũiliter:
et feruenter. Sapiẽter q̄dẽ petijt pe
tendo. ſ. q̄d erat ſibi neceſſarium et
deo gratũ. Nõ eĩm petijt diuitias. li
cet bonis oĩbus expoliata eſſet a iu
deis. Nec vindictã inimicorũ lz de
terra ſua eſſet expulſa Nec liberta
tem lz cũ ceteris chananeis in ſer-
uitutem a iudeis eſſet ſubiugata ſꝫ
petijt demonis expulſionẽ: a quo fi
lia ſua tenebat̄ obſeſſa. Sed multe
mulieres ſunt q̄ par curant de ex-
pulſione demonis mľtũ aũt de ha-
bẽdis diuitiis. De vidicãdis iniuriis
De nobilitate generis. Secũdo pe
tijt pſeuerẽter q2 repulſa ſepe non
deſtitit: et ideo quod repetebat ob-
tinuit. Chriſ. Uide quãta ē inſtãtia
orõnis: q2 q̄d apľi non obtinuerũt
ipſa obtinuit. Neceſſaria q̄dē i orõ
ne eſt pſeuerantia: ſicut patet p exẽ
plũ mulierꝫ vidue. Luc. xviij. De⁹ ei
aliqñ differt dare triplici de cã. ſ. vt
deſideria feruẽti⁹ augeãtur: vt hĩta
cari⁹ poſſideant̄: et vt poſſeſſa cau-
ti⁹ cuſtodiantur. Grego. Sancta de
ſideria dilatiõe creſcũt. ſi aũt dila-
tione deficiũt deſideria nõ fuerunt
Aug. Si aliqñ de⁹ tardi⁹ dat ꝯmen-
dat dona nõ negat. deſiderata diu
dulci⁹ obtinẽtur cito aũt data vile-
ſcunt ſeruat tibi de⁹ q̄d nõ cito vult
tibi dare. vt diſcas magna magꝫ de
ſiderare. Tertio petit hũilr̄. P̄s. Re
ſpexit in orõnẽ humiliũ et nõ ſpre-
uit pcem eorꝫ. Hũilitas ei orõni cõ
iuncta tria bona facit. Unum eſt q2
ipſam in celũ leuat et deducit. Secũ

dū eſt vſq; ad eū eam appropinqua
re facit. Tertiū eſt q donec de⁹ cō=
pleat illud qd petitur non recedit.
Iſta tria notātur. Eccl'.xxxv. Ora=
tio hūiliantis ſe nubes penetrat ec
ce pmū. Et donec appropinquet nō
conſolabitur ecce ſecūdū. Et nō di=
ſcedet donec reſpiciat altiſſim⁹ ec=
ce tertiū. Quarto petijt deſideran=
ter. qd notat in clamore nō tm̄ oris
ſed etiā cordis. Iſte ē autē clamor
cordis: de q dixit dn̄s Moyſi. Exo=
di. xiiij. Quid clamas ad me. De
iſto clamore dixit ꝓpheta. Clama
ui in toto corde meo. Et bene di=
xit in toto corde. Cū enim in corde
ſint duo. ſ intellect⁹ et affectus. Il=
li clamāt in toto corde q in ſua ora=
tione habent deuotionem ⁊ atten=
tionem. i. Cor. xiiij. Orabo ſpū ora
bo et mente. Illi clamant cum me
dio corde q habent attentionē ſed
non ſentiunt deuotionem. Oſee. x.
diuiſum eſt cor eorꝫ idō interibūt. Illi
clamant cum nullo corde q nec ibi
habent intellectū per attentionem
nec affectū per deuotionem. Mar=
ci. vij. Populus hic labijs me hono
rat. cor autē eorꝫ lōge eſt a me. Ta=
les ſunt de natura ranarū quia cla
mant ore ſed tamen ſūt in palude i
mūdicie. Tertio fit mētio de filia i
qua erat magna vexatio diaboli cū
dicit. Filia mea male a demonio
vexat. Aia hois eſt filia dei p crea
tionem: ſed dyabol⁹ vexat eam per
tentationem male aūt vexat p ma
lam operationem et ſic que erat fi
lia dei efficit filia dyaboli. Marie
aūt qn habet in ſe ſuperbiam auari
ciam et luxuriam q tres filie dya=
boli nūcupant. Dyabol⁹ em̄ tres ha
buit vxores ſiue concubinas. ſcili=
cet vanitatem cupiditatem: et car
nalitatem. Et de his tribus tres fi
lias primogenitas gn̄auit. Nam de
vanitate genuit ſuperbiam de cupi
ditate auaritiā. de carnalitate luxu
riā. has aūt tres filias maritauit.

Nam ſupbiā maritauit tyrānis pri
cipibus et prelatis. Auariciā mari
tauit mercatorib⁹ ſenib⁹ ⁊ aduoca=
tis. Luxuriā mulierib⁹ ⁊ iuuenibus
petulātib⁹ ⁊ viris porcinis iſtos au
tem tres ſuos generos. ſ. ſupbos: a=
uaros et luxurioſos: diabol⁹ vexat
in pn̄ti p diuerſa vicia ⁊ i futuro ma
le vexabitꝫ diuerſa ſupplicia. Cla
met igr̄ pctōr ⁊ dicat. Filia mea ma
le a demonio vexat. Dyabol⁹ tamē
ab eorꝫ vexatiōe non ceſſat. niſi pri
us tres ſupradictas filias ſuas pri
mogenitas occidāt. Occidat igr̄ ſu
perb⁹ ſuperbiā auar⁹ auariciā luxu
rioſus luxuriā ⁊ ſic a demonio libe
rabitur. hoc ſignatū eſt in Exo. xij.
Ubi dr̄ q pharao ppl'ꝫ iſrael dimit
tere noluit donec primogenita ſūt
occiſa. Percuſſit inde dn̄s oē primo
genitū. a pmogenito pharaonis vſ
q; ad pmogenitū captiue. Et oē pri
mogenitū iumentorꝫ. Per primogē
nitū pharaonis notat ſupbia. Per
primogenitū captiue notat auaricia
q facit hoies ſeruos pecunie: p pri
mogenitū iumētorꝫ ſignificat luxu
ria q facit hoiem beſtialē. Quarto
fit mētio de diabolo in q erat mali
cioſa oppreſſio. Dyabol⁹ ei opprimit
corp⁹ vt ſic veniat ad oppreſſionem
aie. Ad qd ēt vtit ſex iaculis. ſ. ſug=
geſtiōe: delectatiōe: ꝯſenſu: ope: con
ſuetudie ⁊ neceſſitate. Sed iſta ſex
iacula fideles debēt vīcere ꝑſex ar
ma. Primo p orōnē q e ſagitta dei. ij.
Reg. i. Sagitta ionate nūq; abijt re
trorſuꝫ. Tūc ſagitta orōnis retror
ſum vadit qn̄ debili ⁊ tepido corde
exit qr talis orō debilit diabolū per
cutit: iuxta illd ꝑ. Sagitte puulorū
facte ſūt plage eorꝫ. Scdo p ieiuniū
qd eſt tyriaca dei. Sicut ei ſecundū
Ambroſiū. Saliua hois ieiunij ē ve
nenū ſerpēti. Sic ieiuniū eſt vene=
nū diabolo et tyriaca hoi ieiunāti.
Mat. xvij. hoc gen⁹ demoniorꝫ nō
eīcit niſi in orōne et ieiunio. Ter=
tio vincit per fidem q eſt ſcutū dei.

Ephe.vi Sumẽtes ſcutũ fidei.ꝛc.
Et vñ dicit extiguere Fides ei dat
et mittit in aq̄ baptiſmi. Et iō ĩ ip-
ſa oĩa tela igne a extĩguũt. Quarto
vicit per ꝯfeſſionẽ q̄ eſt quaſi incan
tatio dei. Qñ ei ſacerdos petõrẽ ab
ſoluit: tũc dyabolũ incãtare vr̃. Sed
de mltis dr̃ in. ꝑ. Sicut aſpidis ſur
de et obtu. au. ſu. Quīto vincitur ꝑ
elemoſinã q̄ ẽ lãcea dei. vñ dr̃ de ele
moſina. Eccl̃.xxix. Super ſcutũ et
lanceam aduerſus inimicũ ſuũ pu-
gnabit. Sexto vincit per hũilitatẽ
que eſt gladi⁹ dei qui ipm̃ ſuꝑbum
humiliat ꝛ vulnerat. ꝑ. Tu humilia
ſti ſicut vul. ſuperbũ. Quīto fit mẽ-
tio de diſcipulis in qb⁹ fuit magna
cõpaſſio: ꝛ ideo rogabant pro ea di
cẽtes. Dimitte eam q: clamat poſt
nos. Ex q̄ ſperare debem⁹ q̄ ſancti
orẽt ꝓ nobis: ſi eoꝝ ſuffragia deuo
te petam⁹. Qd̄ q̄dem oñditur aucto
ritate rõne et reuelatiõe. Auctori-
tate q̄ hr̃.ij. Macha. Hic eſt q̄ multũ
orat ꝓ ppl̃o ꝛ vniuerſa ſctã ciuita-
te hierl̃m. Hic eſt fratrũ amator: ꝛ
ppl̃i iſrael. Orant em̃ ſancti ꝓ ppl̃o:
ideo dr̃. Hic eſt q̄ mltũ orat pro po-
pulo. Orant pro clero: iō ſubdit. Et
vniuerſa ſancta ciuitate hierl̃m: id
eſt ſancta eccl̃ia. Orant pro religio
ſis: ideo ſubdit. Hic eſt fratrũ ama
tor. Orant ꝓ cõtẽplatiuis: ideo ſub-
dit. Et p ppl̃i iſrael. Scd̃o hoc oñdit
rõne ſi em̃ ſancti tãte fuert charita
tis q: ꝓ nobis orabãt dũ eẽt in mi
ſeria manifeſtũ eſt q: mõ pro nobis
orãt dũ ſunt ĩ gl̃ia cũ eoꝝ charitas
nõ ſit diminuta ſed augmẽtata. In
pñti eſt ignicul⁹ amoris. In futuro
aũt erit camin⁹ charitatꝫ. Eſa.xxxi
Ignis ẽ ĩ ſyõ ꝛ caminus in hierl̃m.
Tertio hoc oſtendit reuelatione.
Nã ĩ feſto oĩz ſctõꝝ quidã vir ſctũs
ꝑ reuelationẽ vidit q: btã vgo ꝛ oẽs
ordines ſanctoꝝ ad deum ꝓceſſio-
naliter accedebant ꝛ ipm̃ ꝓ hũano
genere ſupplicit adorabant.

¶ Sermo.ij. de eodem.

# Ecce mulier

chanea a finibus illis
egreſſa clamauit dicẽs
Miſerere mei fili Da
uid. qñ aliq̄s ad aliquẽ
regẽ vꝫ accedere libẽter ſecũ ducit
in ſua ſocietate q̄s amicos regis eſ
ſe cognoſcit: iſta igr̃ mulier ad xp̄ꝫ
volens accedere ꝛ ſanitatẽ ꝓ filia
obtīere illas ſecũ vtutes aſſũpſit q̄s
xp̄o magis eſſe gratas cognouit. ſ.
hũilitatem patientiam fidem ꝛ cõ
paſſionem. Siquidẽ humilitas fuit
mater xp̄i: patiẽtia ſoror chriſti: fi-
des filia compaſſio ſocia et fami-
liaris xp̄i. Primo igitur acceſſit cũ
hũilitate q̄ fuit mater xp̄i. Et dicit
humilitas mr̃ xp̄i q: ſicut dt̄ Berñ.
Beata maria ex virginitate complacuit: ex humilitate ꝯcepit. Quã
tũcũq; ei vgo fuiſſet: ſi humilis nõ
fuiſſet xp̄m nõ cõcepiſſet. Iſtã igit
humilitatẽ iſta mulier habuit quã
facto et verbo oſtendit. Facto ipm̃
adorando verbo catellis ſe compa-
rando: micas poſtulãdo: fideles do
minos ſuos vocãdo ſe indignã mẽ
ſa filioꝝ reputãdo. Humilitas aũt
multũ valet ad obtinẽdũ quod peti
tur. ps. Reſpexit in orationẽ humi
liũ: et nõ ſpreuit p̄cem eoꝝ. Huius
aũt mulieris humilitas mltum cõ
mẽdabilis fuit quia. ſ. cũ ipſa eſſet
alienigena ꝛ iudei ſuperbi ſciuit cõ
uerſari hũiliter cũ iudeis ſuperbis
et humiliter cũ xp̄o humili. Duo q̄
dem humiles adinuicem pacifica-
ri pñt. Unus humilis ꝛ vnus ſuper
bus pacificari pñt. Duo aũt ſuper-
bi pacificari nõ pñt. Duo enim cor
pora plana pñt adinuicem applica
ri. Corp⁹ ſphericũ ꝛ corp⁹ concauum
poſſunt applicari adinuicẽ. ſed ꝯca
uũ recipit intra ſe ſphericũ. Duo au
tem corpora ſpherica non pñt appli
cari niſi in pũcto. Sic etiã duo hũi-
les et manſueti pñt adinuicem pa-
cificari. ꝑ. Audiãt manſueti et le-

ſētur. Unꝰ humilis ⁊ vnus ſupbus
poſſūt adinuicē ꝫ pacificari: qꝛ hu=
milis itra humilitatē ſuā recipit ⁊
ſupportat illius tumiditatē. ps. Cū
his q̄ oderūt pacē erā pacificus: cū
loquebar illis ipugnabant me gra
tis Duo ſuperbi adinuicem pacifi
cari nō poſſunt. Pūgere ſiq̄dē poſ=
ſūt pacificari nō poſſūt. Prou. xiij.
Int ſuperbos ſemper iurgia ſunt.
Secūdo aſſumpſit ſecū patientiam
q̄ fuit ſoror xp̄i: qꝛ ipſum nunq̄ de=
ſeruit: ſed in vita ⁊ in morte ei ſo=
ciata fuit. Eſaye. xlii. Tacui ſemp
ſilui patiēs fui. iſta aūt patiētia in
tribꝰ cōſiſtit. Poteſt aūt iniuria ho=
mini irrogari aliqñ i tēporali ſub=
ſtātia: ſicut faciūt raptores: ⁊ ē illa
patiētia magna. Aliquādo i fama
ſicut faciūt criminatores: ⁊ iſta eſt
patiētia maior. Aliquādo i pſona ⁊
iſta ē patiētia maxīa ſicut faciunt
oppreſſores. iſtā triplicem iniuriam
nō iferendā docet Johānes bapti=
ſta dicēs. Luce tercio. neminē cōcu
tiatꝭ. i. nō ſitis oppſſores in pſona=
Nec calūniā faciatis: ideſt non ſi=
tis criminatores in fama. Et cōtē=
ti eſto ſtipendiis veſtris. i. non ſitis
raptores in tēporali ſubſtantia iſtā
aūt triplicē patiētiā iſta mulier ha
buit Uidebat eñ habere tres iimi
cos ſꝫ chriſtū: iudeos ⁊ dyabolū. xp̄s
eñ q̄dda verbū ſibi dixit quod quo
ad apparētiā videbat ſonare in in=
famiam qñ ipſam canem vocauit:
Sꝫ etiaꝫ ipſa taleꝫ iniuriā ipſa li=
bēter audiuit: qꝛ ſciebat xp̄m hoc
dixiſſe nō cā iniuriādi ſed pbādi. vñ
etiam amplꝰ ſe humiliauit qñ ſe ca
tellū appellauit. Secūdo autē ha=
buit iudeos inimicos q̄ ſibi maxie
iniuriati ſūt in terrena ſubſtantia:
qꝛ eā oibꝰ ſuis bonis ſpoliauerunt.
Uñ dicit hylariꝰ q̄ cananei terras
in qbꝰ iudei ſūt priꝰ īcoluerūt q̄ vl=
timo bello cōſumpti vel in loca vi=
cina diſperſi. vel in ſeruitutem ſub
iecti nomē tñ ſuū ſeruauerūt. Ex il
lis aūt iſta chananea q̄ iudeis eſt
admixta credit cognouiſſe ex lege
xp̄m ex ſemine dauid naſciturū eē
Marci aūt ſeptimo legit q̄ erat ſy
rophenitiſſa gñe. i. ex ſyris ⁊ phenici
bꝰ orta. Iſtā aūt iniuriā. ſ. bonorū
ſuoꝝ ablationē patiēter portabat
exēplo illoꝝ de qbꝰ hebreoꝝ x. Ra
pinā bonoꝝ veſtroꝝ cū gaudio ſuſ=
cepiſtis Tertio habuit ipſū diabo
lū iimicū q̄ ſibi i pſona iniuriā ifere
bat dū filiā ſuā male vexabat quaꝫ
vexationē ſuā ppriā reputabat. ſꝫ
iſtā talē iiuriā nec libēter ſicut pri
mā nec patient ſicut ſcdaꝫ: ſꝫ valde
moleſte ferebat. Sꝫ q̄ xp̄s eā repre=
hēdit de hoc habuit magnā leticiā
Sꝫ hō bōa ſua rapuit de hoc habu=
it patiētiā. Sꝫ qꝛ dyabolꝰ in domo
ſua habitaret. de hoc patiētiā ha=
bere ñ poterat ⁊ iō ad xp̄m clama
bat. Miſerere mei fili dd̄. Hoc ē ꝫ
mltos q̄ in aduerſitatibꝰ dei mur=
murāt: i pſecutiōibꝰ hominū blaſ=
phemant: ſꝫ ſi diabolꝰ in domo aīe
ſue habitat de hoc nō curāt: nec ad
deū clamāt. Qꝛ vero iſtā mlieꝫ fuit
ſic patiēs iō obtinere meruit quod
petiuit. Eccle. i. Uſq̄ i tempꝰ ſuſti
nebit patiēs. ⁊c. Tertio aſſūpſit fi=
dē q̄ ē filia xp̄i. Fides ei filia xp̄i di
cit: qꝛ ab ipſo i cordibꝰ noſtris ge=
nerat. Iſtā aūt fidē iſta mlier ha=
buit magnā. Uñ dominꝰ dicit ei. O
mlier magna eſt fides tua. Tūc au
tem eſt magna quādo eſt cū obtinē
di fiducia: quādo ē operibꝰ cōiun=
cta: quādo eſt charitati admixta: ⁊
quādo ē perſeuerās ⁊ firma. Fides
eñ ſi nō ē cū obtinendi fiducia ha=
bet dubietatē. Et iſta eſt fides debi
liū. de qua dicit. Math. xiiii. Modi
ce fidei quare dubitaſti. de hac fi=
de q̄ ſit magna ſic dicit. Math. xxi.
Si habueritis fidē ⁊ nō heſitaueri
tis. Si nō eſt opibꝰ cōiuncta habet
ocioſitatem. Et iſta eſt fides malo
rū xp̄ianoꝝ: ſꝫ iac. ii. Fides ſine ope=
ribꝰ mortua ē. Si non eſt charitati

aqua dr̄: iō nō fluit i mōtibꝰ ſupborū
ſed i vallibꝰ hūiliū. ꝑs. Qui emittis
fontes i ꝯuallibꝰ inter mediū mon
tiū pertrāſibūt aq̄. Duo mōtes ſūt
due ſpecies ſuperbie. Una q̄ naſci
tur ex re ſpirituali. Alia q̄ naſcitur
ex re tēporali. Jn medio iſtoꝝ duo
rū montiū trāſit humilitas q̄ ſemꝑ
mediū deſiderat: nec ad aliquē illo
rū declinat: ⁊ iō in tali medio aque
gratiarū pertrāſeūt: ꝙ em̄ ſpūſſan=
ctus nō habitet niſi cū humilibus ⁊

mãſuet; ſignificatũ ẽ Gen̄.i. Ubi dr̃
q̄ ſpũs dñi ferebat̃ ſup aq̄s. Nõ em̄
fert̃ ſup terrã:q2 nõ requieſcit i corde
terreno. Nec ſup aerẽ:q2 n̄ requieſcit
in corde elato. Nec ſup ignẽ:q2 non
requieſcit i corde igne ↄcupiſcẽtie inflã
mato:ſ3 ſup aquã: q2 requieſcit i cor-
de ductili ⁊ mãſueto. Cõtra ſpũ3 ma
lign⁹ requieſcit ſup terrã q2 data ẽ ſi
bi ad mãducãdum: q2 diabol⁹ terre
nos hoĩes ſibi incorporat Gen̄.iij.
Terrã comedes cunctis dieb⁹ vite
tue. Sup aerã:q2 dat⁹ eſt ſibi ad ha-
bitãdũ:q2 diabol⁹ ſupbos inhabitat
Ephe.ij. Scd̄m principẽ poteſtatis
aeris hui⁹. Sup ignẽ gehẽne:q2 dat⁹
eſt ſibi ad cõburẽdũ Mat.xxv. Di-
ſcedite a me maledicti in ignẽ eter
nũ qui parat⁹ eſt diabolo ⁊ angelis
ei⁹. Et ſup ignẽ ↄcupiſcentie q̄ dat⁹
eſt ſibi ad ſuccẽdẽdũ Ozee.vij. Oẽs
adulterãtes quaſi cliban⁹ ſuccẽſus
a coquẽte. Sup aquã aũt nõ fert̃:q2

Sup aqua

in corde ductili ⁊ mãſueto nõ mora
tur:immo ibi ↄtribulat̃. ps. Cõtri-
bulaſti capita draconis i aq̄s. Ibi
ſubmergit̃. Exod.xv. Submerſi ſũt
quaſi plũbũ in aquis vehemẽtibus.
Tertio neceſſaria eſt mẽtis trãq̄lla
vocatio. Libẽter em̄ homo ad illud
hoſpitiũ divertit vbi quietẽ ſe hr̃e
credit:vñ dicit̃. Eſay.lxvi. ſcd̄3 aliã
trãſlationẽ. Super quẽ requieſcet
ſpiritus me⁹:niſi ſuper humilẽ ⁊ q̄e
tũ. In hui⁹ ſignificatione filij iſrael
nõ potuerũt recipere manna q̄ḿdiu
fuerũt in egypto nec q̄ḿdiu habuerũt

farina egipti

ſecũ farinã egypti:⁊ q̄ḿdiu nõ trãſie
rũt mare egypti:q2 in egypto nõ eſt
quies:nec cũ farina egypti eſt q̄es:
nec ↄtra mare egypti eſt q̄es. Illi ſũt
in egypto q̄ adhuc ſũt i pctõ. in iſtis
nõ eſt quies. Eſa.xlviij. Non eſt pax
impijs dicit dñs. Illi retinẽt farinã
egypti q̄ adhuc hñt cogitatiões ⁊ de
lectatiões pctĩ. Nec in iſtis eſt q̄es.
Iob.xvij. Cogitatiões mee diſſipa-
te ſũt torquẽtes cor meũ. Illi nõdũ
pertrãſeũt mare egypti qui adhuc
ↄmũtur varijs preſſuris ⁊ ſollicitu-
dinib⁹ ſeculi. Nec iſtis ẽ q̄es. io.xvi.
In mũdo ↄſſurã habebitis:i me aũt
pacẽ. Scd̄o ponit̃ ſpũſſancti cõſerua
tio cũ dr̃:⁊ manſionẽ apud eũ facie-
mus. Spũſſctũs ignis eſt q̄ per tria
ↄſeruatur:ſicut ⁊ ignis materialis.
Primo ꝑ cineris ſup poſitionẽ id eſt
mortis meditationẽ. Eccl'a.x. Quid
ſupbis terra ⁊ cinis. Iſto mõ ↄſerua
bãt aplus q̄ dicebat.ij. Cor.iiij. Ha
bemus theſaurũ:ſc3 ſpm̄ ſctm̄ i vaſis
fictilib⁹. Uas fictile eſt corpus mor
tale. Nõ em̄ eſt vas ferreũ:ſed tanq̄
fragile fenũ quod cito ſecat̃ Eſa.xl.
Oĩs caro fenũ. Tanq̄ vas terrenum
q̄d cito frãgit̃ ps. Tanq̄ vas figuli cõ
fringes eos. Tanq̄ vitreũ q̄d cito cõ
minuit̃ Aug. i li. ſoliloq. Fragilio-
res ſum⁹ q̄ ſi vitrei eſſem⁹. Uitrum
em̄ ⁊ ſi fragile eſt tñ ſeruatũ diu du-
rat:⁊ invenies tales calices ab auis
⁊ ꝓauis factos:i quib⁹ bibũt nepotes
⁊ ꝓnepotes. vita aũt hũana q̄ḿtũcũq̄
ſeruet̃:durare non põt. Iſto em̄ mõ
olim imperatores iſtũ ignẽ ↄſerua
bãt. Sicut em̄ legit̃ i vita ſãcti iohã
nis elemoſynarij. Illa die qua impe-
rator coronabat̃ edificatores monu
mẽtorũ eũ interrogabãt dicẽtes. De
q̄li marmore iubet imperiũ tuũ ti
bi fabricari ſepulchrũ. Et ſic ea die
q̄ ſibi imponebat̃ corona ſibi ẽt fa-
bricabat̃ ſepultura:vt ſic mortalẽ ſe
eẽ cognoſceret:⁊ ſp ſe i hũilitate te
neret:q2 ſicut dr̃. eccl'. x. Oĩs potẽta
t⁹ breuis vita. Scd̄o ↄſeruat̃ ꝑ ligno
rũ.i. bonoꝝ operũ appoſitionẽ. Si
em̄ ipa ligna bonoꝝ operũ multipli
cant̃ ignis ſc3 ſpũs ſctĩ auget̃. Eccl'.
xxviij. Scd̄3 ligna ſilue:ſic ignis ex
ardeſcet. Si cõtinuant̃ ſp ↄſeruatur
Leuiti.vi. Ignis i altari meo ſemꝑ
ardebit quẽ nutriet ſacerdos ſubij-
ciẽs ligna ꝑ ſingulos dies. Si dimi
nuũtur:tũc ipa charitas q̄ḿtũ ad fer
uorẽ diminuit̃. vñ q̄dã de hoc repre
hendit̃. Apo.ij. Habeo aduerſum te
pauca:q2 ꝓmã charitatẽ tuã reliq̄ſ

ſti ⁊c. Si aūt penitꝰ auferuntur: tūc
iſte ignis extinguit. ꝓuerbio. xxvi.
Cū defecerit ligna extinguet ignis
Tertio ꝯſeruat ignis ꝑ ſufflatioem.
Sūt aūt iſtiꝰ ignis tres ſufflatores.
Primꝰ ē ipſe hō ꝗ dꝫ ī ipꝫ ſufflare fer
uētia deſideria ⁊ ſuſpiria ꝯcipiēdo.
Eccl. xxviii. Si ſufflaueris ꝗſi ignis
exardebit. Scd̄s ē xp̄s ꝗ in iſtū ignē
ſufflat ipꝫ ampliꝰ iſlāmādo. ioh. xx.
Inſufflauit ⁊ dixit. Accipite ſp̄m ſā
ctū ⁊c. Tertiꝰ eſt diabolꝰ ꝗ ī iſtū ignē
ſufflat malā ꝯcupiſcētiā inflāmādo
eſa. liiij. Ecce ego creaui fabꝝ ſufflā
tē ī ignē ꝓunas. Tertio ponit ſancti
ſp̄us manifeſtatio cū dr̄. Si ꝗs dili
git me ſermonē meū ſeruabit. Ma
nifeſtū eſt ſignū ſp̄uſſancti obſerua
tio diuini mādati. Preter iſtud aūt
ſignū ſūt alia tria ꝑ ꝗ ꝗs pōt cōijcere
ſe ſp̄mſctm̄ hr̄e. Jō ſp̄uſſctūs ī tripli
ci ſigno apꝑuit. ſ. ī ſpecie nubis ſuper
xp̄ꝫ trāſfiguratū. ī ſpecie colūbe ſuꝑ
xp̄m baptizatū. In ſpecie ignis ſuꝑ
apl̄oꝝ collegiū ꝯgregatū. Primum
igit ſignū eſt abūdātia lachrymarū
⁊ iō apparuit in ſpecie nubis. Sicut
enī adueniēte auſtro nubes reſoluū
tur ī pluuias: ſic adueniēte ſp̄uſctō
mētes reſoluūtur ī lachrymas. Vñ
ſpōſa petit dicēs Can. iiii. Surge aq̄
lo ⁊ veni auſter. ps. Flauit ſp̄us eiꝰ
⁊ fluēt aq̄. Rom. viii. Ipſe ſp̄us poſtu
lat pro nobis. i. poſtulare nos facit
gemitibus inenarrabilibꝰ. Scd̄ꝫ ſi-
gnū eſt dimiſſio iniuriarū: iō appa-
ruit ī ſpecie columbe ꝗ felle caret.
Odiū ꝗdē aīaꝫ iſlāmat ⁊ idurat ⁊ ama
ricat: ſꝫ ſp̄uſſctūs deſcribit noīe ro-
ris vnctiōis ⁊ mellis. Nā ꝯ̄tꝛa ꝗ̄ſtū coꝛ
odio inflāmatū ſp̄uſſctūs refrigerat
dr̄ ros Eccl. xviii. Nōne ardorē re-
frigerabit ros. oro. Sui roris ītima
aſꝑſiōe fecūdet. Inꝗ̄ſtū coꝛ odio idu
ratū mollificat dr̄ vnctio. i. iohā. ii.
Vnctionē hētis a ſctō ⁊ noſtis oīa.
Jnꝗ̄ſtū coꝛ odiū amaricatū dulcorat
dr̄ mel. eccl. xxiiii. ſp̄us meꝰ ſuꝑ mel
dulcis. Tertiū ſignū eſt deſiderium

ſuꝑnoꝝ: iō apparuit in ſpecie ignis.
Sicut enī ignis ſp̄ ſurſū tēdit: ſic ſpi
ritusſanctꝰ corda eleuare ſurſum fa
cit Eze. viii. Eleuauit me īter celū ⁊
terrā. Nō dixit poſuit me ī terra: q̄
ibi ſunt auari. Nō dixit poſuit me ī
celo: q̄ ibi ſunt tm̄ beati: ſꝫ dixit ele
uauit me inter celuꝫ ⁊ terrā: q̄ ibi
dꝫ eē fideles xp̄iani ꝗ aliqñ debēt
aſcēdere in celū celeſtia contemplā
do. aliquādo deſcendere ī terrā pro
ximoꝝ vtilitatibꝰ ſubueniendo.

## Sermo ſecundus.

Ad eū venie-
mꝰ ⁊ māſionē apud eū
faciemꝰ. Scd̄ꝫ Grego.
Sp̄uſſctūs ad ꝗſdā ve-
nit ſꝫ māſionē nō facit:
q̄ ꝑ ꝯpūctionē reſpectū dei ꝑcipiūt
ſꝫ tētatiōis tp̄e hoc ipꝫ ꝗd ꝯpūcti fue
rint obliuiſcūt. Ad alios vēit autē ⁊
manſionē facit. ꝗꝛ coꝛ ſic amoꝛ diui
nitatis penetrat vt ab hoc amore tē
tatiōis tp̄e non recedāt. Sūt tm̄ ꝗdā
ſic idurati ad ꝗs nec vēit nec māſio
nē facit ꝗ nec aliqñ hñt ꝯpunctionē
aliquā ⁊ vincūt a qualibet tētatiōe.
De bōis aūt ⁊ deuotis dicit dñs. Ad
eū veniemꝰ ⁊ māſionē apud eū facie
mꝰ ⁊c. Non tm̄ ad oēs vēit nec apud
oēs māſionē facit. videamꝰ igit ad
ꝗs venit ſp̄uſſctūs. Deinde ad quos
venit ſp̄us malignꝰ. Sp̄us autē ſan
ctꝰ nō ad oēs vēit nec māſionē facit:
ſed tm̄ ad bonos ꝯtinētes: ⁊ bonos
ꝯiugatos: ⁊ viros ꝯtēplatiuos. iſtud
ſignatū ē gen. viii. vbi dr̄ q̄ noe tribꝰ
vicibꝰ emiſit colūbā. Primo nāq̄ eā
emiſit: et cū inueniſſet terrā adhuc
paludoſā ⁊ nō aridā ibi nō māſit. ſi
eī aridā īueniſſet ibi māſiſſet. Scd̄o
eā emiſit ⁊ tūc ſuꝑ arborē oliue virē
tē māſit. Tertio emiſit eā ⁊ tūc ꝑ di
uerſas arbores virētes ⁊ flores re-
dolētes diſcurrit ⁊ ſpaciata fuit: ex
his hētur q̄ ſp̄uſſctūs ꝑ colūbā deſi
gnatꝰ vēit ad illos ꝗ hñt corda ⁊ coꝛ
poꝛa arida. i. ab oī hūoꝛe cōcupiſcē

tīe deſiccata: ſicut ſūt boni ꝯtinen-
tes ⁊ hoc ſignificatꝰ p pmā emiſſio-
nē de q̄bꝰ dr̄ Eſa. lvi. c. Nō dicat Eu
nuchꝰ. Ecce ego ſum lignū aridū q:
dabo eis i domo mea locū ⁊ nomen
meliꝰ a filijs ⁊ a filialibꝰ. Iſta corda
ſic arida ſpūſſanctꝰ viuificat Ezech.
xxxvij. Oſſa arida audite v̄bum dn̄i
ecce ego itromittā i vos ſpm̄ ⁊ viue
tis. De talibꝰ Gen̄. i. Cōgregentꝰ aq̄
q̄ ſub celo ſūt i locū vnū ⁊ appeat ari
da. Aq̄ iſte ſt̄ fluxꝰ carnales q̄ ſūt tm̄
ſub celo: q: ſicut dr̄ Mat. xxij. In re
ſurrectiōe nec nubēt nec nubentꝰ ⁊c.
Iſte aq̄ ꝯgregate ſūt i vnū locū. i. in
matrimoniū. Si em̄ extra locū iſtū
fluxerint aq̄ putredine ſunt dicēde.
De q̄bꝰ dr̄ Gen̄. xlix. Effuſus es ſicut
aqua: nō creſcas q: aſcēdiſti cubile
patris tui. Nihilominꝰ ⁊ ipe aq̄ mri
moniales pn̄t eē clare: poſſunt eſſe
putride pn̄t eē nec plene clare: ⁊ nec
plene putride. Tribꝰ em̄ de cauſis
pōt q̄s ꝯiugio vti. Pꝰo ppt̄ plis ppa
gationē: ad dei ſcꝫ cultū nutriendū
⁊ tunc ille ſūt clare aque. De q̄bꝰ dr̄
puer. v. Bibe aquā de ciſterna tua:
habeto eā ſolꝰ ne ſint alieni partici
pes tui. Loquitꝰ em̄ ibi ſalomō ad lit
terā de iſtis aq̄s q̄bꝰ alieni. i. diabo-
li pticipes nō ſūt: qn̄ ipi ꝯiuges ho-
norē dei intēdūt. Scd̄o ppt̄ ſolā vo
luptatꝫ expletionē ⁊ tūc ille aq̄ pu-
tride ſūt. Thob. vi. In eos q̄ ꝯiugiū
ita ſuſcipiūt vt deū a ſe ⁊ a ſua mēte
excludāt ⁊ ſue libidini ita vacent vt
equꝰ ⁊ mulꝰ quibꝰ nō eſt itellectꝰ: hꝫ
ſup eos poteſtatē demonū. Jō dixit
ſextꝰ i ſuis ſentētijs. Adulter eſt in
ſuā vxorē amator ardētior. Tertio
ppter infirmitatis ſue caſus pſer-
uationē: ⁊ tūc iſte aque ſunt nec ple
ne clare nec plene putride. De q̄bꝰ
pme Cor. vij. Propter fornicatio-
nē ſcꝫ vitādā: vnuſqſqꝫ vxorē ſuā ha
beat. Et ſubdit. Hoc aūt dico ſcd̄m
indigētiā: nō ſcd̄ꝫ iperiū Glo. Para
tꝰ eſt medicine celeſtis. Aplꝰs. Non
em̄ tā ſanis iſtituit: ꝙ ifirmis medi
camēta mōſtrauit. Iſtis igr̄ aq̄s ſic
in vnū ꝯgregatꝫ apparet arida. i. ca
ſtitas pura q̄ i tribꝰ locis appetꝫ: ſcꝫ
virginibꝰ: viduis ⁊ ꝯtinētibꝰ. Scd̄o
ſpūſſanctꝰ venit ⁊ māſiōeꝫ facit apd̄
illos q̄ hn̄t corda pia ⁊ viridia. ſicut
ſūt boni ꝯiugati ⁊ mie opa exercen-
tes. Qd̄ ſignificatꝰ p ſcd̄am miſſio-
nē colūbe: ſcꝫ qn̄ ſup oliuā ſedit. Oli
ua quidē i foliis hꝫ virorē. In liquo
re hꝫ dulcedinē. Quātū ad primum
ſignificatꝰ ꝙ boni ꝯiugati et actiui
dn̄t hr̄e virorē bone vite. De q̄ viro-
re dr̄ Gen̄. i. Germinet terra herbā
virētē. i. vitā gratā ⁊ deo placētem.
Tūc aūt vita eoꝝ deo eſt placita qn̄
hn̄t timorē qtū ad deū carnis mor-
tificationē qtū ad ſeipos: ⁊ charita
tē qtū ad ꝓximos. De his tribꝰ dr̄
Mat. iiij. Ultro ei terra fructifica:
pmū herbā: deīde ſpicā: deīde fructū
plenū i ſpica. i. ſcd̄ꝫ glo. timorē: pn̄i
tētiā: ⁊ charitatē. Per herbā em̄ in-
telligitꝰ timor: q: ſicut herba ē pn̄
cipiū ſpice: ſic timor ē pncipiū noue
vite. puerbio. i. Timor dn̄i pncipiū
ſapiētie. Per ſpicā q̄ eſt aſpa ſignatꝰ
pnia dura. Job. xlij. Ipe me rephen
do: ⁊ ꝑn̄iam ago i fauilla ⁊ cinere.
Per plenū fructū i ſpica ſignatꝰ cha
ritas: q: ſicut dr̄ Rom. xiij. Plenitu
do legis ē dilectio. Qui em̄ hꝫ chari
tatē hꝫ operū plenitudinē: q: ſicut
dicit Greg. Nūꝙ eſt amor dei ocio-
ſus. Opatꝰ em̄ magna ſi eſt: ſi autem
opari deſinit amor nō eſt. Scd̄o oli
ua i liquore hꝫ dulcedinē et qtū ad
hoc ſignat opa pietatꝫ q̄ bōi actiui
⁊ ꝯiugati hr̄e dn̄t. Oleū ei hꝫ virtu-
tem penetratiuā. ps. Intrauit ſicut
oleū i oſſibꝰ meis ⁊ impinguatiuā
ps. Impinguaſti i oleo caput meū.
Letificatiuā ps. Ut exhilaret facie
in oleo. Et eleuatiuā q: ſup ceteros
liquores eleuatꝰ. Per qd̄ datꝰ intelli-
gi ꝙ ipa elemoſyna diabolum pene
trādo vulnerat cū ſit lancea dei. Un̄
dr̄ de elemoſyna. Eccꝉ. xxix. Super
ſcutū potentis ⁊ ſup lāceā aduerſus

inimicū tuū pugnabit. Aīam impin
guando delectat cū ſit adeps dei. ex
adipe frumēti ſatiat te. Uñ dicit oli
ua iudicū. ix. Nunquid poſſum deſe
rere pinguedinē meā: qua dij vtunť
et hoies: et venire vt inter ligna ꝑ=
mouear: ꝯſciētiā letificat cū ſit vinū
dei. ps. Uinū letificat coꝛ hoīs. Uñ
dixit vitis. iudicū. ix. Nunqd poſſuz
deſerere vinū meū qd letificat deū
et hoies et c. Aiaz ad celeſtia ſublevat
cum ſit virtꝰ dei. Hinc eſt ꝙ xp̄s de=
monte oliueti aſcēdit i celū ꝗd inuē
dū ꝙ ipſa opa mie aiaz i celū deduxe
runt. j. Thim. iiij. Pietas ad oīa vti
lis eſt: ꝓmiſſionē hñs vite: q nūc eſt
et future. Tertio ſpūſſanctus venit et
māſionem facit apud illos qui ha=
bēt coꝛda floꝛida. i. diuerſis virtuti=
bus adoꝛnata: ſicut ſūt viri ꝯtēpla=
tiui: qd ſignať ꝑ tertiā emiſſionem
colūbe. De his diuerſis floꝛibꝰ dř.
Eccľ. xxxix. Quaſi roſe plātate ſuꝑ
riuos aquarū fructificate: qſi liba=
nꝰ odoꝛē ſuauitatis habete. Floꝛete
floꝛes quaſi liliū. Date odoꝛē et fron
dete in grā. Scdm iſido. Roſa dř eo
ꝙ rutilanti coloꝛe rubeat. Libanus
vno nō ꝑ thure accipiť: et cādidatio
interpretať. Floꝛes hñt gratū colo=
rē et odoꝛē Lilia ſcdz iſid. dñr quaſi
lactea. In coꝛdibꝰ igiť ſctoꝝ creſcit
roſa rubētis charitatis. Liliū lacte
puritatꝭ. Libanꝰ. i. ſuaues oꝛones et
cādide affectiōes. Floꝛes. i. odoꝛife
re volūtates. Et frōdes. i. ſermones
virētes. Uiſo in qbꝰ ſpūſſctūs māſio
nē facit. videamꝰ in qbus ſpūs mali
gnꝰ ſimiľr māſionē facit. Circa qd
ſciēdū ꝙ diabolꝰ vocať ſerpēs: et coꝛ
uus: et poꝛcꝰ. Inqtū ē ſerpēs habitat
in hoibꝰ ſpinoſis. i. in auaris. Diui=
tie eñ ſpine vocāť Luc. viij. Aliud
cecidit inter ſpinas et ſimul exoꝛte
ſpine ſuffocauerūt illd. Inter tales
ſpinas ſerpens latitat infernalis. j.
Thi. vi. Nā q volūt diuites fieri ici
dūt i tēptatiōes diaboli et deſideria
m'ta et c. Scdo iqtū diabolꝰ ē coꝛuꝰ
habitat i cadaueribꝰ. i. in mūdi ho=
noꝛibꝰ. Cadauer eñ vř eē hō et nō ē.
ſʒ ſi ei aīa cōiūgereť tūc vere hō di=
cereť. Sic et honoꝛes mūdi nō ſunt
veri honoꝛes qꝛuis videanť. Alter vo
honoꝛ eſt ipa charitas q ipaz viuifi
cat. Tūc igiť ſūt veri honoꝛes qñ ad
ipos ſuſcipiendos inducit fraterna
caritas nō aliq ambitio vel vanitas
Tertio inqtū diabolꝰ poꝛcꝰ eſt habi
tat i luto. i. in oibꝰ immūdis et luxu=
rioſis. ij. Pet. ij. Sus lota in voluta=
bro luti. Et nō tm̄ tale lutū inhabi=
tat. ſʒ ēt ꝯculcat. Naū. iij. Intra i lu
tū et calca. Tales deberent clamare
cū ꝓpheta et dicere. Miſerere mei
dñe qm cōculcauit me homo. Et qꝛ
mēbꝛa dyaboli ſepe a ſuo capite de
nominanť. Idō ex q diabolꝰ ē ſerpēs
coꝛuꝰ. et poꝛcꝰ pñt ipſi vocari ſerpē
tini. coꝛuini et poꝛcini. Et qꝛ ſunt ſer
pētini. iō a deo maledicunť. Geñ. iij.
Dixit deus ſerpenti. Maledictus
eris inť oīa animātia et beſtias ťre.
Et tādē maledicēť maledictiōe ꝑ=
petua. Matth. xxv. Diſcedite a me
maledicti i ignem eťnum. Qꝛ coꝛ=
uini ſunt iō vix aut nūqꝫ ad archā. i.
ad ſanctā eccľiaz ꝑ pniam reuertūť
Geñ. viij. Apiens noe feneſtrā emi
ſit coꝛuū qui egrediebať et nō reuer
tebať. Tales eñ ſuam cōuerſionez
procraſtinādo differunt Aug. Re=
manēt foꝛis cū voce coꝛuina qꝛ no
lueřt habere gemitū colūbinū. So
pho. ij. Uox cātātis in feneſtra coꝛ
uus in ſuplimiari. qꝛ poꝛcini: ideo
in baratrū iferni demergenť. mat.
viii. Impetu abiit totꝰ grex poꝛco=
rū ꝑ ꝓceps in mare. et moꝛtui ſunt in
aqs. iſta tria loca in quibus dyabo=
lus manſionem facit ponunť. Iob.
xl. Sub vmbꝛa doꝛmit. i ſecreto ca=
lami i locis humētibꝰ. Quieſcit eñ
in hominibꝰ vmbꝛoſis. i. in auaris.
Ideo diciť. Sub vmbꝛa doꝛmit. Di
uitie eñ tanqꝫ vmbꝛe cito trāſeunt
Sapien. v. Trāſierūt eñ oīa tanqꝫ
vmbꝛa. Quieſcit ei i hominibꝰ ſuꝑ

biſt vane gl'ioſis. idõ ſubdit. In ſecre
to calami. Sup̃bi ei exteri⁹ videt̃ eẽ
nitidi: ſ; interi⁹ ſũt vacui. In q̃b⁹ dia
bol⁹ q̃eſcit. iob. xli. Ip̃e em̃ ẽ rex ſup
oẽs filios ſup̃bie. quieſcit i hoib⁹ vli
tioſis: idõ ſubdit. In locis humẽtib⁹.
in loc; ei arid; .i. i ſctis viris ab hui⁹
mũdi delitiis exiccat; q̃eſcẽ nõ põt.
Mat. xij. ambulat p loca arida q̃rẽs
requiẽ & nõ inuenit. ¶ Ser. iij. vñ ſup̃.

Paraclit⁹ au=
tẽ ſpũſſctũs quẽ pr̃ mit=
tet in noie meo ille vos
docebit oia ꝛc. Magnũ
bonũ de⁹ pr̃ nobis dedit qñ filiũ ſuũ
nobis miſit ad nr̃a; redẽptionẽ ma
gnũ ẽt ſupaddidit qñ hodierna die
ſpm̃ ſctm̃ nobis exhibuit ad nr̃am fi
lialẽ adoptionẽ. Maximũ nobis re
ſeruat: ſc; vultũ ſuũ ad nr̃e beatitu=
dinis ↄſumationẽ. Nos igr̃ feſtũ ce
lebrauim⁹ de nr̃a redẽptione: hodie
feſtũ agim⁹ de nr̃a adoptiõe. In fu=
turo aũt feſtũ faciem⁹ de btã viſiõe.
Feſtũ igr̃ qð hodie agim⁹ d nr̃a ado
ptiõe exprimit̃ i v̾bis p̃miſſis cũ dr̃
Paraclyt⁹ aũt ſpũſſctũs ꝛc. Ubi de ſã
cto ſpiritu q̃ttuoꝛ tãgunt̃. Primo ꝙ
eſt aduocat⁹ noſter. Scðo ꝙ eſt con
ſolatoꝛ nr̃. Iſta duo notãtur in hoc
v̾bo qð dr̃: paraclyt⁹: nã ſcð; Greg.
Greca ligua paraclyt⁹: latina aduo
cat⁹ ſiue ↄſolatoꝛ dr̃. Tertio ꝙ eſt ſã
ctificatoꝛ nr̃ cũ dr̃. Spũſſctũs. Quar
to ꝙ ẽ iſtructoꝛ nr̃ ſiue iformatoꝛ nr̃
cũ dicit̃. Ille vos docebit oia. Circa
p̃mũ notãdũ ꝙ ſicut dicit Greg. Spi
ritusſctũs, idõ aduocat⁹ dr̃ q: p erro=
rẽ delinquẽtiũ apud iuſticiã p̃ris in
teruenit: dũ eos quos repleuerit ex
oꝛãtes facit. Spũs igr̃ ſctũs in eo ꝙ
ap̃los repleuit exoꝛatores et nr̃os
aduocatos eos facit. Ille ẽ bon⁹ ad
uocat⁹ q̃ ꝛ iudici ſcit luculẽter pſua=
dere: ꝛ cliẽtulo ſapiẽter ↄſulare ꝛ ad
uerſariũ potẽter ↄfutare. Et idõ i bo
no aduocato tria requirũt̃. ſ. eloq̃n
tia ſapia: ꝛ ↄſtãtia. Iſta tria ap̃li ſuf
ficiẽter receperũt a ſpũſctõ Lu. xxi.
Ego ei dabo vobis os ꝛ ſapiẽtiã cui
nõ poterũt reſiſtere ꝛ ↄtradicẽ oẽs
aduerſarij vr̃i. Pulchꝛa p̃mixtio: elo
quẽtie cũ ſapiẽtia ꝛ ↄſtãtia. Sapien
tia ei ſiñ eloq̃ntia h; iutilitatẽ. eccl'.
xli. Sapia abſcõdita ꝛ theſaur⁹ iuiſ⁹
q̃ vtilitas i vtriſ; ꝫ. Eloq̃ntia ſiñ ſapiẽ
tia h; garrulitatẽ q̃ ei min⁹ ſunt ſa=
piẽtes ſepe ſũt magis loq̃ces: vñ cũ
Solõ ph̃us aliis loq̃ntib⁹ taceret in
terrogat⁹ eſt ſi taceret ꝓpter iopiã
v̾boꝝ vel q: ſtult⁹ eẽt. Cui reſpõdit
Null⁹ ſtult⁹ tacere põt. Sapiẽtia et
eloq̃ntia ſiñ ↄſtãtia h; timiditatem.
Idõ tales timidi monent̃. Eccl'. vij.
Noli querere fieri iudex niſi virtu
te valeas irrũpe iniq̃tatẽ ne forte ex
timeſcas faciẽ potẽtis. ꝛc. Ut ĝ dñs.
Ego dabo vobis os. i. eloq̃ntiã: ne ſi
tis iutiles ꝛ ifructuoſi dabo vob; ſa
piẽtiã cũ eloq̃ntia ne ſit; tm̃ garruli
ꝛ v̾boſi. Et cũ his dabo ↄſtãtiam cui
nõ poterit reſiſtere ꝛ ↄdicere oẽs ad
uerſarij vr̃i ne ſitis timidi: ꝛ formi=
doloſi. Idõ etiã ap̃li recepert̃ ſpm̃ ſã
ctũ in linguis ꝛ in igne. In liguis q:
dedit eis facũdiã. In igne qui lucet
ꝛ ardet q: dedit eis lucidã ſapiẽtiã
et feruẽtẽ conſtãtiã. S; m̃lti ſunt q
nõ hñt linguã inflãmatã igne iſto. ſ.
ſpũſcti ſed poti⁹ igne iſernali. Iaco
bi. iij. Lingua cõſtituit̃ in membꝛis
noſtris q̃ maculat totũ coꝛp⁹: ꝛ inflã
mat rotã natiuitatis nr̃e: inflãma=
ta a gehenna: ꝛ ideo ad linguã; põt
hõ cognoſci ſi eſt infernalis vel cele
ſtis: vel terreſtris. De⁹ q̃dẽ tres p̄=
uincias fecit ꝛ i qualibet ꝓpꝛiũ lin
guagiũ poſuit ſc; ꝓuinciã celeſtem
terreſtrẽ ꝛ infernalẽ. Linguagiũ p̄
uincie celeſt; eſt deũ laudare ꝛ bñdi
cere ẽs. Beati q̃ habitãt i domo tua
dñe: i ſcl'a ſcl'oꝝ laudabunt te. Lin=
guagiũ ꝓuicie terreſtris ẽ de terre=
nis tractare ioh. iij. Qui de terra ẽ
de terra loquit̃. Linguagiũ inferna
lis ꝓuincie ẽ deũ maledicere ꝛ blaſ
phemare, vñ dr̃ de dãnat; Eſa. viij.

# Sermo.iii.

Cū esurierit irascet⁊ ⁊ maledicet re
gi suo ⁊ deo suo. Cognoscit⁊ igit⁊ q̄s
de qua ꝓuīcia sit ad loq̄lā suā. Un̄
dictū fuit Petro Mat. xxvi. Galile⁹
es nā ⁊ loq̄la tua te manifestū facit
Qui igit⁊ loquit⁊ verba laudis dei ⁊
edificatiōis ꝓximi: signū est ꝙ spe=
ctat ad ꝓuinciā celestem vn̄ dice=
bat dn̄s q̄ liguagiū celeste habebat
Ioh. viii Quare loq̄lā meam nō co
gnoscitis Qui loquit⁊ ꝟba terrena
⁊ mundana signū est ꝙ spectat ad
ꝓuīciā mūdi. i. Io. iiii. ipsi d̄ mūdo
sūt iō de mūdo loquunt⁊ ⁊ mūd⁹ eos
audit. Qui vero loquit⁊ verba ma=
ledictiōis ⁊ mēdacii: signū ē ꝙ spe
ctat ad ꝓuīciā īfernalē: q̄ istud est
ꝓpriū linguagiū īfernaliū ioh. viii.
Cū loquit⁊ mēdaciū ex ꝓpriis loqui
tur q̄ mēdax ē ⁊ pr̄ ei⁹ Scd̄o spūs=
sanct⁹ ē ꝯsolator nr̄. Act. ix. Eccl'ia
q̄dē crescebat ⁊ habebat pacē ⁊ edi
ficabat⁊ ābulās ī timore dn̄i: ⁊ ꝯsola
tiōe spūssti replebat⁊. Uera eī ꝯsola
tio nō ē nisi ī deo ⁊ d̄ deo loq̄. Et istā
ꝯsolatiōez diuinā nō p̄nt recipere il
li q̄ h̄nt ꝯsolationē mūdanā. io. xiiii.
Spm̄ veritatis quē mūd⁹. i. amato
res mūdi nō p̄nt accipere: q̄ nō vi=
dēt eū nec sciunt eū. in mūdo ei tria
sūt iuxta illud. i. ioh. ii. Omne quod
in mūdo est: aut ē ꝯcupiscētia car=
nis: aut ꝯcupiscentia oculorum: aut
sup̄bia vite. ista tria peccata. s. luxu
ria auaricia: ⁊ sup̄bia vite ꝯsolatio
nē sancti spūs impediūt sicut osten=
dit Chrys. sup Math. p tria ēxēpla.
Primū exēplū est: q̄ si ostēdas leo=
ni pratū virēs nō excitat⁊ ei⁹ appe=
tit⁹ q̄ nō ē in natura sua comedere
herbas virentes s3 carnes. Scd̄z ē
ꝙ si pluuia sup lapidē descēdat: la=
pis a foris balneat⁊: int⁹ aūt siccus
remanet. Tertiū est ꝙ si vasi pleno
aceto guta mellis īfundit⁊ ⁊ mel p=
dit: acetū non dulcorat⁊. Pelo igitur
ꝯsolationē ⁊ visitationē spūssct̄i non
p̄nt recipe illi q̄ habēt cor aīale p
carnis lasciuiā. Tales eī instar leo
nis nō appetūt herbas virentes id
est spūales ⁊ celestes amenitates s3
carnales voluptates. i. cor. ii. Ani=
malis hō nō ꝑcipit ea q̄ sunt spirit⁹
dei. isti circa cor suū faciunt fossatū
plenum aqua turbida ⁊ fetida id est
carnali ꝯcupiscētia: ⁊ ideo ad cor
suū itrare nō p̄ōt inspiratio diuina
hiere. ii. Quid tibi vis in via egypti
vt bibas aquā turbidā. Scd̄o ꝯsola
tionē ⁊ visitationē spūssācti nō pos=
sūt recipere illi q̄ habēt cor durum
p sup̄biā. Cor em̄ sup̄bi est durum si
cut lapis ⁊ iō si pluuia diuine inspira
tiōis cor eius asperserit; a foris qui
dē tāgere poterit itus aūt siccū re=
mācebit. iuxta illud. ps. Anima mea
sicut terra sine aqua tibi. isti faci=
unt circa se murum lapideum idest
animū obstinatū vt diuina inspira
tio transire nō possit. iob. xli. cor ei⁹
indurabitur quasi lapis. Tercio cō
solationem ⁊ visitationem spiritus
sancti recipere non possunt illi qui
habent cor acerbum per auariciā
Auar⁹ em̄ habet cor suū plenū ace
to q̄ multas patit⁊ acerbitates siue
in cōgregā do siue in custodiēdo si
ue i perdēdo. isti tales nō possūt sē=
tire melleā dulcedinē spūssancti p̄
nimia acerbitate amoris mūdi Au
gu. sup illud. ps. Diligite dn̄z oēs sā=
cti ei⁹ disce nō diligere mūdū vt dis=
cas diligere deū. auerte vt auertas=
ris fūde vt ipsearis. illi faciūt circa
cor suū aceruū luteū: ⁊ iō nō p̄ōt trā
sire ad ali qd̄ bonū ꝓpositū. abach.
ii. Ue q̄ ꝯgregat ⁊ multiplicat nō sua
vsq̄ q̄ ⁊ aggrauat ꝯ se densū lutum
Tertio spūssanct⁹ ē sc̄tificator nr̄.
Est aūt sctm̄ idē ꝙ mūdū. Tūc autē
nos sctificat qn̄ p aquā grē sue nos
mūdat. Ezech. xxxvi. Effundā sup
vos aquā mūdā ⁊ mūdabimini ab
oīb⁹ inq̄namētis vr̄is. ista est aqua
grē de qua dr̄ Ezech. xlvii. Mensus
est mille cubitos ⁊ traducit me per
aquā vsq̄ ad talos. Rurs⁹ mens⁹ est
mille: ⁊ traducit me p aquā vsq̄ ad

genua. Ruꝛſ⁹ menſus ē mille ⁊ tra=
duxit me ꝑ aquaꝫ vſqꝫ ad renes. Et
mēſ⁹ ē mille ꝑ torrētē quē nō potui
trāſire: qm̄ itumuerāt aque profūde
torrētis q̄ nō potuit trāſuadari. Cā
aūt q̄re nō potuit trāſire forte ē illa
q̄ ponit̄. Eſa. xxx. Sp̄s ei⁹ velut tor
rēs iundās vſqꝫ ad mediū colli. In
talib⁹ aūt ē tota corporis ſupporta
tio i genub⁹ ē deābulatio: i renibus
ē fomes ⁊ ɔcupiſcētia: a collo ꝓce=
dit verboꝝ affluētia. Apoſtoli igit̄
in flumē ſpūſſācti itroducti fuerūt vſ
qꝫ ad talos: q꜡ facti ſūt fortes ad ſu
ſtinēdū pond⁹ oīm paſſionū. P̄s. Ego
ɔfirma. co. ei⁹. vſqꝫ ad genua: q꜡ fa
cti ſūt magnanimes ad ꝓgrediēdū
⁊ aggrediendū opa v̄tutū. P̄s. Ibūt d
virtute in virtutē. vſqꝫ ad renes q꜡
debilitauit ⁊ extinxit in eis omneꝫ
fomitē ⁊ ɔcupiſcētiā. P̄s. Inflāmatū
eſt coꝛ meū: ⁊ renes mei commuta=
ti ſunt. Uſqꝫ ad collum: q꜡ dedit eis
oīm linguaꝝ peritiam. Sap. i. Sp̄s
dn̄i repleuit oꝛbē terrarū: ⁊ hoc qd̄
ɔtinet oīa. i. ip̄e hō qui habet parti
cipationē cū oīb⁹: ſciētiā habet vo=
cis. illi igit̄ qui in aduerſitati⁹ non
ſūt fortes: ſed i patiētes nondū ſunt
introducti in flumē ſpūſſācti vſqꝫ ad
talos. illi q̄ in melius nō ꝓficiunt ſꝫ
aut deficiūt aut ſubſiſtunt non ſunt
introducti vſqꝫ ad genua. illi vero
q̄ nō hn̄t cordis mundiciā ſed carna
lib⁹ deſiderijs agitantur non ſūt in=
troducti vſqꝫ ad renes. illi q̄ liguas
ſuas nō retrenāt: ſed eas ad verba
ſordiata relaxāt nō ſunt introducti
vſqꝫ ad collū. Quarto ſpūſſanct⁹ eſt
inſtructoꝛ nr̄. Niſi ei ip̄e doceat in=
terius fruſtra om̄is alius magiſter
laboꝛat exteri⁹. Grego. i omel. Niſi
ſpiritusſanct⁹ coꝛdi aſſit audiētis in
uacuū laboꝛat lingua docētis. Ne
mo ergo docēti homini tribuat qd̄
ex oꝛe itelligit docentis: q꜡ niſi int⁹
ſit q̄ doceat doctoꝛis ligua exterius
inuacuū laboꝛat. Nō eſt ergo attri
buendū doctori ſed ſpiritui ſācto. ſi

aliquādo qs bene doceat vel fructū
faciat. Quod oſtēdit Ber. ſuꝑ Can̄
triplici exemplo. Primū ē: q꜡ aqua
nō fluit a fonte ad hortos: ſꝫ ꝑ cana
lē ſiue aq̄ductū. Si igitur i horto au
ditoꝛū fiat germiatio virtutū: nō ē
gl'ia cannalis: ſed fontis. De q̄ fō=
te dicit̄. Can̄. iiij. Fōs hoꝛtoꝛū pute⁹
aquaꝝ viuētiū. ⁊c. Scd̄m exempluꝫ
eſt q꜡ mens hoīs foꝛmat verba ſua
ꝑ lingue aut dētiū iſtrumenta. Si
ergo in aure audiētis iferunt̄ ver=
ba prudētie nō eſt laus plectri lin=
gue ſꝫ mouētis animū. Matthe. v.
Nō eñ vos eſtis q̄ loq̄mini: ſed ſpiri
tus patris veſtri q̄ loquit̄ in vobis.
Tertiū exemplū eſt: q꜡ manus figu
rat pulchꝛa ſcripturā vl' picturaꝫ ſꝫ
ꝑ calamū. Si ergo ꝑ aliquē doctoꝛē
in coꝛde alicui⁹ ſcribunt̄ dei p̄cepta
vl' pigunt̄ v̄tutū ornamēta: nō ē ɔmē
datio calami ſcribētis: ſꝫ man⁹ ſcri
be ꝑ calamū operāt̄. P̄s. Ligua mea
calam⁹ ſcribe velocit̄ ſcribentis.

De ſctā triñ. Sermō p̄mus.

Erat homo
ex phariſeis nicodem⁹
noīe p̄nceps iudeoꝛuꝫ.
ioh. iij. Feſtū de trinitate
oli ab eccl'ia nō fiebat:
ſꝫ q꜡ circa ipſā trinitatē mlt'e here
ſes ſuccreſcebāt: iō karol⁹ xp̄ianiſſi
m⁹ iperatoꝛ rogauit aliquinū magi
ſtrū ſuū vt hyſtoꝛiā de trinitate ɔpo
neret ꝑ quā erroꝛes elimiaret ⁊ fi=
dē catholicā edoceret. Qua ɔpoſi=
ta oꝛdiatū ē vt feſtū iſtud ſolēnit̄ ce
lebraret̄. Sūt tn̄ q̄dā q̄ feſtū iſtud ſo=
lēnit̄ celebrāt i octaua pēthecoſtes
q̄ ē p̄ncipiū dn̄icaꝝ ſubſequētiuꝫ ad
inuēdū q꜡ ip̄a trinitas ē p̄ria cā om
niū. Alij i vltia illaꝝ dn̄icaꝝ q̄ ē an=
te aduētū ad inuēdū q꜡ ē finis oīm.
Alij nūq̄ celebrāt cōtenti illa lau=
de ɔtīua trinitatis qua dr̄: Gl'ia pa
tri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſācto. Illi auteꝫ
q̄ iſtud feſtū celebrāt in octaua pen
thecoſtes rationabilit̄ facere viden

tur. Celebrauimꝰ el feſtū de filio et
de ſpūſācto. Celebraturi ſumꝰ i pa-
tria feſtū de patre eterno. Hodie ve-
ro celebramꝰ iſimul feſtū oīꝫ trium
pſonaꝝ. ne videret iter eos eſſe diui
ſa maieſtas q̄ꝝ ū eſt īdiuiſa vnitas.
Supradictū aūt euāgeliū hodie le-
git i quo q̄libet pſona apte exprimi
tur. Nā pſona filij eſt que loquitur.
Perſona patris exprimit cū dicitur
Scimꝰ q: a deo veniſti. Perſona ſpi
ritusſancti cū dicit. Niſi quis rena-
tꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpūſctō. ⁊c. ⁊ illud
Spūs vbi vult ſpirat. ⁊c. Exprimunt aūt
pſōe diuie cū ſuis approp̄atꝫ. Cū eñ
attribuat potētia pr̄i. filio ſapiētia
⁊ ſpiritui ſctō bōitas. Exp̄mit pſona
patris cū ſua potētia: cū dr̄. Nemo
ei pōt hec ſigna facere q̄ tu facis ni
ſi fuerit deꝰ cū eo. Miracula ei facē
diuie potētie ē. Exp̄mit pſona filij
cū ſua ſapiētia cū dr̄. Scimꝰ q: a dō
vēiſti magr̄. ad magiſtrū ei ſpectat
ſapiētiā docere. Exp̄mit pſōa ſpūſ-
ſcti cū ſua bōitate cuꝫ dr̄. Spūs vbi
vult ſpirat ⁊c. Nō ei ex nr̄is meritꝫ
ſꝫ ex ſua gratuita bōitate ſe nobis i
fundit. Quāuis ei pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſ-
ſāctꝰ habeāt eandē potētiā: ſapiaꝫ
⁊ bonitateꝫ: tñ q: apud nos nomen
patris ꝓpt̄ ātiquitatē iportat ipotē
tiā. Ne ſimplices hoc crederent de
patre celeſti attribuit ſibi potētia.
Similit nomē filij apud nos pp in-
uētutē iportat iperitiaꝫ: iō ne filio
dei hoc credat ſibi attribuit ſap̄ia.
Similit nomē ſpūſſācti apud nos i
portat quādā ſpuioſitatē ⁊ furorē iu
xta illd̄ eſaie. ij. Quieſcite ab hoie
cuiꝰ ſpūs i naribꝰ eiꝰ ē. Iō ne de ſpū
ſancto hoc credat attribuitur ſibi
bonitas. Prīo igit pr̄i attribuitur
potētia: Eſt aūt oḡps: q: pōt oīa que
vult. p̄s. Oīa q̄cūq̄ voluit dn̄s fecit i
celo ⁊ in t̄ra: in mari ⁊ in omnibus
abyſſis. Celū ei cū ſuis ſideribꝰ obe
dit ſue voci. Baruch. iii. ca. Stelle
vocate ſūt ⁊ dixerūt: aſſumꝰ ⁊c. Ter
ra etiā tremit ⁊ obedit ſuo reſpe-
ctui. p̄s. Qui reſpicit t̄rā ⁊ facit eā tre
mere mare obedit ſue ordiatiōi. de
qua dr̄. iob. xxviii. Hucuſq̄ venies ⁊
nō ꝓcedes āpliꝰ ⁊ hic ꝯfriges tumē
tes fluctꝰ tuos. Abyſſi. i. demōes o-
bediūt ſue iuſſiōi. Sicut pꝫ i legiōe
demonū cui xp̄s iperauit vt de hoie
exirēt ⁊ porcos itrarēt. ⁊ ꝓtinꝰ obe
dierīt. vt habet Mat. viij. Solꝰ autē
hō nec ſue voci obedit. Prouer. Uo
caui ⁊ renuiſtis. Nec ad eiꝰ aſpectū
peccare erubeſcit. Cū tamē dicat.
Eccl. xvii. Uie eorū nō ſunt abſcō-
dite ab oculis ipſiꝰ. Nec eiꝰ ordina
tionē cuſtodit qua ordiauit vt nō p̄
ſit ſēſualitati ſꝫ in homie p̄eſt ſēſua
litas ratiōi. Nec eiꝰ p̄cepta facit. p̄s.
Nō cuſtodierīt teſtimōia eiꝰ ⁊ i le-
ge eiꝰ noluerīt ābulare. Quāuis aūt
deꝰ ſit oḡps duo tamē ſūt i ipſo ⁊ duo
in nobis q̄ i pſū vicere videtur. Pri-
mū ē ſua pietas viſceroſa. hieroni.
xxxi. Cōturbata ſūt viſcera mea ſu
p eū miſerās miſerebor eiꝰ. Augu.
Prōptior ē dē videt deꝰ pctōri veniaꝫ
tradē q̄ꝫ ipe accipere. Sic ei feſtiat
reū abſoluē a tormēto ꝯſciētie ſue
q̄ſi cuꝫ plꝰ cruciet ꝯpaſſio miſeri q̄ꝫ
ipſū miſerū paſſio ſui. ſcd̄ꝫ ē ſua cha
ritas affectuoſa q̄ ipꝫ de celo ad t̄rā
depoſuit augu. O charitas q̄ꝫ ma-
gnas vires habes: deū d̄ celo ad ter
ras depoſuiſti. Ipſū etiā i crucē aſ-
cēdere coegiſti. Lu. xii. Baptiſma
habeo baptiſari ⁊ q̄mō coartor do-
nec pficiat. Nihil aūt cū eēt oḡps co
artare eum poterat niſi charitas q̄
plenꝰ erat t̄tiū ē nr̄a oro lachrymo-
ſa. vñ dr̄ de iacob Gen̄ xxx. Si ꝯ de
uꝫ fortꝫ fuiſti: q̄ꝫ to magꝫ ꝯ hoies p̄ua
lebꝫ. Preualuit aūt p lachrymas vt
dr̄ ozee. xii. Inualuit ad āgelū ⁊ ꝯfor
tatꝰ fleuit ⁊ rogauit eū. Ber. O. hūi-
lis lachryma tuū ē regnū: tua ē po-
tētia aſſi ꝯſpectū iudicis itrare non
vereris: ſola ſi itraueris: nūq̄ꝫ ſola
redibis q̄cq̄d petieris obtiebis: vi-
cis iuicibilē ⁊ ligas oipotēteꝫ. hoc
etiā inuit. iiii. reg. xx. d̄ ezechia re

gecuꝰ lachꝛyme deſuicerũt. Quar
tũ ē nr̄a humilitas gratioſa. Jſtud
innuit. iij. Reg. xxi. vbi dixit dn̄s he
lye. Nōne vides achab hũiliatũ co-
rā me Q꞉ igit hũiliatꝰ ē mei cā: nō
inducā malũ i diebꝰ eiꝰ. Hoc etiam
ꝑꝫ in niniuitꝭ quoꝝ hũilitas deũ
vicit. Scd̄o ſapia attribuit filio de
cuiꝰ ſapia dicit Leo papa. Jſta ē ſci
entia ſũmi iudicis. iſte tremēdꝰ aſ-
pectꝰ cui ꝑuiū ē om̄e qđ ſolidũ eſt: ⁊
aptũ oē ſecretũ: cui obſcura clarēt.
muta rn̄dēt ſilētiū ꝯfitet ⁊ ſine voce
mēs loquit. Quāuis aūt ſit ſapiētiſ
ſimꝰ tn̄ ſcient ꝑmittit ſe decipi a no-
bis i vēditiōe: emptiōe ⁊ ꝯmutatiōe
Jn vēditiōe qđē: q꞉ vēdēdo nobis re
gnū celoꝝ dimittit ſe a nobis deci-
pi īfra dimidā ſortē iuſti precij. Uē
didit ei ipꝫ apl'is ꝓ rhetibꝰ ⁊ ꝑua na
uicula. zacheo ꝓ dimidia ſubſtātia
Uidue pro duobꝰ minutis. Quibuſ
dā ꝓ calice aque frigide. vt habet.
Mar. x. Quibuſdam pro ſola bona
volūtate. hiero. Que offerunt non
ſui pōdere ſed offerētiū volūtate pē
ſant. Aug. Regnū celoꝝ tm̄ vꝫ q̄ntū
habes. Nichil vtiliꝰ cū emit: nichil
cariꝰ cū poſſidet. Scd̄o dimittit ſe
decipi a nobis in emptione: q꞉ vilia
noſtra ꝑcio emit. Nam corpꝰ nr̄m
emit ꝑcio ſanguinis. j. Coꝝ. vi. Em
pti ei eſtis ꝑcio magno ⁊c. Aīaꝫ no
ſtrā emit poſſtiōe aīe ſue. j. Joh. iij.
Jlle ꝓ nobis animā ſuā poſuit. Res
nr̄as emit ad cētuplū. vt habetur.
Math. xix Cētuplū accipietꝭ. peni
tentiā noſtrā emit regno celorum.
Mat. iiij. pēitētiā agite. ⁊c. Tertio
dimittit ſe d̄cipi a nobꝭ i ꝯmutatiōe.
Cōmutat eī nobiſcū aurū ſue grē i
lutū nr̄e culpe. celū ſue glīe i terrā
nr̄e tēporalis ſubſtantie. Aceruum
gaudioꝝ in ſemina lachꝛimarū. Nā
accipit noſtra peccata ⁊ ea deſtruit
Eſa. xliiii. Deleui vt nubē iniq̄tatē
tuā accipit nr̄as elemoſynas ⁊ eas
ſecū recondit. Math. vi. Theſauri-
zate vobis theſauros i celo vbi nec
erugo ne tinea demo. ⁊c. Accipit no
ſtras lachꝛymas ⁊ eas corā ſe ponit
ps. Poſuiſti lachꝛymas meas i ꝯſpe
ctu tuo. pro his aūt dat nobis aurū
grē. Celū glīe. ps. Gratiā ⁊ glīā da
bit dn̄s. Et aceruū īfinite leticie iſū
dit. p̄. Eūtes ibāt ⁊ flebāt. ⁊c. vſq꞉ ibi
Manipulos ſuos. Tertio bonitas
attribuit ſpūiſctō q̄ qdē tanta eſt vt
ab ea nullꝰ abſcōdere ſe poſſit. Jux
ta illud. p̄. Nō ē q̄ ſe abſcōdat a calo
re eiꝰ Nā i celo ē eiꝰ mia ſaluās. ps.
Dn̄e i celo mia tua. Jn purgatorio
ē mia liberās. Eccli. li. Liberaſti m̄
i pſſura flāme q̄ circūdedit me. Jn i
ferno ē mia mitigās: q꞉ etiā ibi deꝰ
punit citra ꝯdignū. p̄. Aut obliuiſ-
cet miſereri deꝰ: aut ꝯtinebit i ira
mias ſuas. Jn mūdo xͦ ē mō mia cō
ſeruās q̄ntū ad iuſtos. Mō mia expe
ctās q̄ntū ad malos. Mō mia trahēs
q̄ntū ad duros q̄ ꝑ bn̄ficia ⁊ flagella
trahunt. Mō mia ſuſcipiens q̄ntum
ad reuertentes vt poſſit dici illud.
ps. Mia dn̄i plēa eſt terra. Jſta aūt
bonitas ⁊ mia ſpūiſctō eſt ꝓpria ⁊ i-
nata. iuxta illđ. deꝰ cui ꝓpriū ē mi-
ſereri ſemꝑ ⁊ parcere. Punire autē
eſt ſibi alienū ⁊ cōtra naturā. Jllud
aūt qđ hōī naturā hꝫ inuite ⁊ tarde
facit: ⁊ iō deꝰ inuite punit ⁊ tarde. q
em̄ inuite puniat dicit. Eſa. j. Heu
ꝯſolabor ſup hoſtibꝰ meis: ⁊ vindi-
cabor de iīmicis meis. Jnterl. Af-
fectu pij pr̄is eos lꝫ iīmicos plāgit
⁊ ꝑcutit. Chryſo. ſup Matheū Deꝰ
inuite ⁊ cum magno dolore cōpel-
lit peccatores damnare. Nō em̄ ſic
dolet q꞉ ipſe ab eis offēdat: ſꝫ q꞉ vio
lent cogit aliquē ꝑdere qui omnes
cupit ſaluare q꞉ aūt ſit tardꝰ ad pu
niēdū habet ꝑ illud. Geñ. iii. cū au
diſſet vocē dn̄i deābulātis i padiſo
ad aurā poſt meridiē abſcōdit ſe a-
dā ⁊ vxor eiꝰ: ecce deꝰ vadēs ad pu-
niēdū trāgreſſorē nō currebat: ſꝫ de
ābulabat. i. lēto paſſu icedebat. va-
dēs xͦ ad recipiēdū ad miaꝫ filiū ꝓ
digū ñ ābulauit: ſꝫ recurrit: q꞉ accur

rēs cecidit ſup collū ei⁹. vt hr̄ Luc.
xv. Per q̄d dat itelligi q̄ ip̄e eſt tar
d⁹ ad puniēdū ⁊ ꝓmptus ad miſeren
dū. Et dr̄ q̄ deābulabat p⁹ meridiē
Adā credit peccaſſe hora ſexta ⁊ tñ
expectauit punire poſt meridie: q̄r
penā differebat ⁊ ip̄m ad miaꝫ expe
ctabat. Dr̄ iteꝝ deābulabat ad aurā.
id ē ꝯ aurā. hō vadens contra aurā
ab itinere retardat. ⁊ que ē iſta au-
ra niſi refrigerās dei mia. Qn̄ ei de
us aliquē punire deliberat: mox ei⁹
mia ſibi obuiat: ⁊ quodāmō i faciē ſi
bi ꝯdicit: ⁊ ad pcēdū ⁊ ad miſerēdū i
ducit. ¶ Sermo ſecūdus.

Amen amen dico tibi niſi quis nat⁹ fuerit denuo nō pōt videre regnuꝫ dei. Sāct⁹ nicodem⁹ de ſalute aīe ſueuolēs ꝯſiliū accipe ad xp̄m acceſſit: quē ſapiētiſſimuꝫ eſſe cognouit. Vertū en i hō dꝫ ſollicit⁹ eſſe vt ꝯſiliariū ſapiētē inueniat a quo ꝯſiliū petat. Duo igr̄ i euāgelio ponunt. Primū ex pte nicodemi magna diſcretio in ingrendo. Scdꝫ eſt ex pte xp̄i magna ſapīa i rn̄dēdo. Circa p̄muꝫ notādū q̄ oīs hō dꝫ eſſe valde ſollicit⁹ ⁊ diſcret⁹ vt poſſit bonū ꝯſiliariū inuenire cui ſecure poſſit ſe ꝯmittere Ad bonū aūt ꝯſiliarium ptinet tria hr̄e ⁊ tria vetare. Primo eniꝫ dꝫ hr̄e magnā ſapīam. Ambr. i lib. de offi. Quis ſe ꝯmittat ei quē nō putat pl⁹ ſape q̄ ip̄e ſapiat q̄ qrit ꝯſilium. Neceſſe eſt igr̄ vt pſtātior ſit a q̄ ꝯſiliuꝫ petit q̄ ip̄e q̄ petit. A tali igr̄ ꝯſiliario ſapiēte ſeſtare debem⁹ ꝯſiliū petere Thob. iiii. Cōſiliū ſp a ſapiēte pq̄rere. ⁊ ꝯ hr̄. Eccli. viii. Cū fatuis ne hēas ꝯſiliū. Nō ei poterit diligere niſi q̄ ip̄is placēt. Iſta ei ē differētia int ſapiētē ꝯſiliariū ⁊ fatuū: q̄r fatu⁹ nō reſpicit niſi p̄ncipiū feti. Sapiēs aūt reſpicit finē ⁊ ea q̄ ſunt ad finē. Vn̄ legit de quodā philoſopho q̄ i foro i loco eminēti reſidēs dixit ſe velle vēdere ſenſū q̄d qdā pńceps regiōis illi⁹ audiēs nūcios ⁊ auruꝫ miſit vt ab eo ſenſū emerēt. ille v̄o in cedula ſcripſit dicēs In oīb⁹ que factur⁹ es ſemp cogita q̄d tibi poſſit accidere. Quod cū nūcij deriderēt ⁊ cedulā vellēt ꝓijcere ait portate ſecure ad dn̄ꝫ veſtrū: q̄r bene vꝫ p̄ciū. Quod cū pńceps accepiſſet litteris aureis i hoſtio ſui palacij iſtō ſcribi fecit poſt multū vero tp̄is q̄dā ei⁹ inimici cū barbaro ordināuerūt vt ip̄ſū pńcipē iugularet: q̄ cum per oſtiū itrarēt ⁊ ſcripturā illā legeret eo q̄ legere ſciebat: cepit tremere ⁊ pallere. Quo viſo pńceps eū capi fecit: ⁊ minis ⁊ tormētis veritatē extorquēs ſibi pepcit: ſꝫ auctores ſceleris iterfecit. per q̄d ptꝫ q̄ ſit vtile i omib⁹ finē pēſare. Scdꝫ ē iuſticia vt ſcilicꝫ nec amore nec odio nec timore nec p̄cio rectū ꝯſiliū derelinquat. Ambroſi. vbi ſupra. illi v̄o ſalutē noſtrā ꝯmittim⁹ q̄ ſit iuſt⁹ et prudēs. Facit ei iuſticia vt null⁹ ſit fraudis met⁹. Facit prudētia vt nulla erroris ſuſpicio ſit. Tuti⁹ tamen viro iuſto q̄ prudēti nos ꝯmittam⁹ q̄r ꝯſiliū viri iuſti frequēt ſapiētiſſimi ingeniū p̄ponderat. Tertiū ē innocētia ſiue bōa vita. Ambroſi. vbi ſupra. Aduertim⁹ q̄ in q̄rēdis conſiliis plurimū adiūgat vite ꝓbitas v̄tutū p̄rogatiua: beniuolētie vſus Quis ei i ceno fontē reqrat.. Quis ex turbida aqua potuꝫ petat. itaq̄ vbi iniuſticia intēperātia vbi vicioꝝ confuſio quid ide ſibi aliq̄s hauriēdum eſtimet. Quis vtilē anime ſue iudicet quem videt inutilē vite ſue. Quō pōt iudicare ꝯſilio ſupiorē quē videt iferiorē morib⁹ Sup me dꝫ eē cui me ꝯmittere volo vel paro Aut quō idoneū eum putabo q̄ mihi dat ꝯſiliū q̄d nō dat ſibi. Et mihi vacare credā q̄ ſibi nō vacat. Tria aūt ſt a bono ꝯſilario vitāda. Prīo eſt vitāda ē feſtinātia ſubita. Prouer. xix. Qui feſtin⁹ eſt pedib⁹ offēdet. ⁊c.

in moral'. Cōſilio īdigētē paſcit duꝫ rōne ait imbuēs ꝓhibet eſſe p̄cipiteꝫ. Socrates velox ꝯſiliū ſeq̄t pnia. Ideo in lib. de. xij. ceſarib⁹. Aug. dicebat ꝙ feſtinatio ⁊ temeritas male in duce ꝯueniſſt dicēs. Sat' celeri' fit q̄cq̄d bn̄ fit. Ideo ēt d̄t Uarro imperitie ſignū eſt qd difficillimuꝫ eſt exigere cito fieri. Scd'o vitanda eſt turbatio ſiue ira q: īpedit ira animū ne poſſit cernere verū. Greg. i regiſtro. Ira ſi ſemel mētē poſſidere ceperit iuſtū eē deputat qd etiaꝫ crudel'r fit. Chryſo. Jō pōt pacifice loq̄ qui cor h3 turbatum. Jō d̄t Socrates ꝙ in conſilio duo maxīe ſunt ꝯtria ſcꝫ feſtinatio ⁊ ira. Tertio vitāda eſt crudelitas nimia. Sepe eniꝫ ꝯtingit ꝙ illi qui dant conſilia crudeliſ ꝯ alios: ꝙ ſuper eos deuolui't Eccli. xxvij. Facieti ꝯſiliū nequiſſimū ſuper eum deuoluet: ⁊ nō cognoſcet vnde adueniat illi. Refert Oroſius ꝙ dū valeri⁹ tyrānus m'ltos innocētes dānaret: pitus argētarius volēs ſibi placē taurū ereū fecit cui ex latē ianuā ꝯpoſuit p quā dānati poſſent includi. deditq₃ eū tyrāno vt quos exoſos hēret ignib⁹ ſuppoſit' itroduceret: ⁊ cū gemit⁹ emitterent nō gemit⁹ hoīs ſ3 mugit⁹ pecudis viderent'. S3 tyrānus fctm̄ tā crudele execrās dixit vt pm⁹ itraret vt ſic q̄lit' p os tauri mugitū emitteret ſcire poſſet ⁊ ſic eum iclusit ⁊ puniuit. Xp̄s igr̄ fuit ver⁹ ꝯſiliari⁹: q: i ip̄o fuit ſapiētia ⁊ iuſticia. Hiere. xxiij. Regnabit rex ⁊ ſapiēs erit ⁊ faciet iudiciū ⁊ iuſticiā i t'ra. Fuit i eo vite inocētia. i. Pet. ij. Pctm̄ nō fecit nec inuent⁹ ē dol⁹ i ore ei⁹. Fuit i examinādo maturitas Joh. v. Sicut audio. ſicut examio ſic iudico. ⁊c. Fuit i iudicādo magna trāquillitas. Sap. xij. Tu aūt dn̄ator v'tutis cū trāq̄llitate iudicas. Fuit i p'cedo magna pietas Mat. ix. Miaꝫ volo ⁊ non ſacrificiū. Scd'o ponit' magna ſapientia ex pte xp̄i cum reſpōdit. Niſi quis nat⁹ fuerit denuo. ⁊c. Circa qd notandū ꝙ triplex ē natiuitas. ſ. natalis: ſpiritualis ⁊ celeſtis. Hō igit' qui eſt nat⁹ natiuitate naturali non pōt itrare regnū dei: niſi iteruꝫ naſcat' natiuitate ſpūali q̄ fit in baptiſmo. Q̄tūcunq₃ ēt ſit renat⁹ natiuitate ſpūali adhuc tn̄ itrare nō pot'it in regnum celoꝝ: niſi iteꝝ naſcat' natiuitate tertia. ſ. natiuitate celeſti q̄ fit i morte cuiuſlib3 ſcti viri. Pria natiuitas eſt hoī ad hūilitatē. Scd'a ad iuſtificationē. Tertia ad beatitudinē. Puer q̄dē naſcens natiuitate carnali tria facit q̄ ſunt nob' ad hūilitati exēplū Primū eū: q: nō naſcit' ridēdo ſ3 flēdo. Sap. vij. Primā vocē ſimi'ꝫ oībus emiſit plorās aug. de ciui. dei. Puer q̄ naſcit' a ploratu icipit neſciens ꝓphetizat q̄d maloꝝ paſſur⁹ ſit. Solū qn̄ nat⁹ ē riſiſſe ferūt ſoroaſtē: ⁊ tn̄ ille riſ⁹ mōſtruoſ⁹ paꝝ ꝓfuit ſibi. Fuit eīn iuētor artiū magicaꝝ. ⁊ cū eſſet rex bꝛytānoꝝ a nino rege aſſirioꝝ interfect⁹ eſt i bello. hier. ēt d̄t ad Cyraſiū ꝙ dn̄s fleuit qn̄ lazaꝝ ſuſcitauit ex eo ꝙ amicū chariſſimū ꝓp' alios ſaluādos ad hoſtilem vitā reuocare iteꝝ cogebat'. vn̄ ēt apd m'ltos ē cōſuetudo. vt d̄t. Solin⁹ ꝙ qn̄ puer naſcit' a gentib⁹ ⁊ ꝓpīq̄s deflet'. Qn̄ vero q̄s morit' ad tumulū cū tripudio deportat'. Scd'3 ē ꝙ puer more beſtiarū. ſ. curu⁹ ⁊ q̄ſi i q̄ttuoꝛ pedib⁹ naſcit' ad innuēdū ꝙ ꝯpat⁹ eſt iumēt' iſipietib⁹ ⁊ ſimi's fact⁹ eſt illis. Propriū eīn iumēti eſt oc'los ad t'rā hr̄e. ⁊ q̄tū ad hoc beſtialis eſt auar⁹. p̄. Oculos ſuos ſta. decli. i ter. Propriū iumēti ē vna femia ꝯtentū nō eē. Et q̄tū ad hoc beſtialis ē luxurioſ⁹ hier. v. Eq̄ amatores i femias ⁊ emiſſarij facti ſunt vnuſq̄ſq₃ ad vxorē proximi ſui hinniebat. ꝓpriū iumēti ē nō regi rōne: ſ3 ferri nat'e ſue impetu. ⁊ q̄tum ad hoc beſtialitas ē ſupbus q̄ d̄t Sp̄. q̄. Sit aūt fortitudo nr̄a lex iuſticie ⁊c. Tertiū eſt: q: mor puer manum ad os ponit ad innuēdū ꝙ ad tātas

ꝯuenit miſerias ꝓpẗ pctm̃ ore factū
primoꝝ pentū. Nā mulier peccauit
ore ꝑ malā ſuaſionē qñ.ſ.viro vt de
pomo cōederet pſuaſit. Uir pecca=
uit ore ꝑ fatuā excuſationē. vtcꝫ pec
cauit ore ꝑ illicitā cōeſtionē. Multi
autē hodie ore ſuo talit peccāt. aut
mala ꝯſilia dādo aut male excuſan
do: aut nimis ſe ingurgitādo. Secū
da natiuitas eſt ſpūalis q̄ fit in ba=
ptiſmo: vbi ſpūſſctūs tꝫ locū pr̄is aq̄
ſctificata tꝫ locū mr̄is. v̄bū ē tāq̄ ſe
mē diuinū. De q̄ dt Augu. Accedit
v̄bū ad elemētū ⁊ fit sacr̄m. Ephe. v
Mūdās lauachro aq̄ in v̄bo vite. In
baptiſmo aūt puer ter in aq̄ mergit
ſiue ad repn̄tandū triduanā ſepul=
turā: ſiue ad innuēdū ꝙ ibi remittit
pctm̃ originale veniale ⁊ mortale: ſi
ue ad inuēdū ꝙ ibi tota trinitas o=
perat: ſiue ad inuēdum .i baptiſmo
x̄pi tota trinitas ſe manifeſtauit. i.
pr̄ i voce. fili⁹ i carne ſpūſſctūs in co
lūbe ſpecie. Tertia natiuitas ē ce=
leſtis: q̄ ſcti viri de vētro mr̄is eccl̄ie ꝑ
mortē egrediētes i celo naſcūt ⁊ iō
mors sctōꝝ natale vocat. Nō aūt eſt
q: infās i vētro exiſtēs dū ad debitum
ꝯplementū deuenerit de vētro exire ap
petit ex eo ꝙ reqrit āpliorā locū ad
manēdū vberiorē cibū ad veſcēdum
liberiorē aerē ad reſpirādū: ⁊ maio
rē lucē ad vidēdū. Sil'r ⁊ ſcti viri ap
petūt i celo naſci q: ibi recipiēt am
pliorē locū ad manēdū. Nō ei ſūt i
loco arto: q: tota tra reſpectu celi ē
quidam pūct⁹. De amplitudie aūt
celi dr. Baruch. iij. O iſrl' q̄ magna
eſt dom⁹ dei ⁊c. Illa em̄ dom⁹ ifinitā
hꝫ āplitudinē: iō dr q̄ magna eſt do
m⁹ dei. ⁊c. Infinitā lōgitudinē ideo
ſubdit. Magn⁹ ⁊ nō hn̄s finē. Infini
tā altitudinē. iō ſubdit. Immenſus
excelſus. Eſt em̄ lōgior q̄ ocl's poſ=
ſit cōſpicere. Eſt latior q̄ auris poſ
ſit audire. Eſt altior q̄ cor valeat co
gitare. i. Coꝛ. ij. Qđ ocl's non vidit
nec auris audiuit. ⁊c. Scđo tūc reci
piēt vberiorē cibū ad veſcēdū: quia
erūt i ꝑfecta ſatietate que ſatietas
erit cum deſiderio ne ibi ſit faſtidi
um. Eccl'i. xxiiij. Qui edunt me ad=
huc eſurient. Deſideriū erit cuꝫ ſa
tietate. ne ibi ſit plena. p̄. Satiabor
cū apparuerit gl'ia tua. ⁊ vtrūcꝫ cū ſe
curitate erit: ne ibi ſit tioꝛ. ꝓuerbi.
xv. Secura mēs q̄ſi iuge ꝯuiuium.
Tertio tūc recipiēt liberiorē aerēꝫ
ad reſpirādū. Nō ei ſcti viri vix re=
ſpirare pn̄t i mūdo labore afflicti mt
to tiore anxij. Job. x. Et ſi iuſt⁹ fue=
ro nō leuabo caput ecce q̄to dolore
deꝑſſus. Saturat⁹ afflictiōe. ecce q̄
to labore afflict⁹. ⁊ miſeria. ecce q̄=
to tiore ꝓſtrat⁹. Sꝫ tūc libere reſpi
rabūt q: nullū hēbūt dolorē. Eſaye
xxxv. Fugiet dolor ⁊ gemit⁹. Nullū
laborē. Apoc. xiiij. Amō iā dt ſp̄s vt
requieſcāt a laborib⁹ ſuis. Nullū tio=
rē. ꝓuer. i. Qui aūt me audierit abſ
cꝫ tiore q̄eſcet. Quarto tūc hēbunt
maiorē lucē ad vidēdū. nā ſupra hē
būt deū tā lucidū. Apoc. xxi. Clari=
tas dei illuſtrabit illā. Intra ſe locuꝫ
tā lumioſuꝫ. Thob. xiij. Luce ſplēdi
da fulgebit. Intra ſe aīaꝫ tā illuſtra
tā. Eſa. lviij. Implebit ſplēdoribus
aīeꝫ tuā. Extra ſe corp⁹ tā gl'ificatū
Math. xiij. Tūc iuſti fulgebūt ſicut
ſol i regno pr̄is eoꝝ. ¶ Sermo. iij.

A Men amen
dico tibi q: qđ ſcim⁹ lo
quimur ⁊ qđ vidim⁹ te=
ſtamur: ⁊ teſtioniū nr̄ꝫ
nō accipitꝭ. Sicut dicit
hier. ad heliodoꝝ. Grādes maťias
igenia pua nō ſufferūt. Nulla maťia
grādior ⁊ piculoſior q̄ loq̄ de ꝓfūdo
myſterio trinitatꝭ. Dicit ei aug. in
li. de triñ. Ubi q̄rit vnitas trinitatis
pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. Nec piculoſi⁹ ali
cubi errat. nec laborioſi⁹ aliqđ q̄rit.
nec fructuoſius aliquid inuenitur.
Nos igr̄ alta ſapiētib⁹ relinquētes
hūilia ⁊ plana dicam⁹. In v̄bꝭ igr̄ ꝓ
miſſis ponunt. ſ. fides recta teſtifi=
catio vera ⁊ ingratitudo hūana. Eſt

aūt fides recta/ vt credamꝰ ꝙ ī deo
ſit ꝑſonaꝝ ꝑl'alitas ⁊ eſſentie vnitas
Igr̄ ꝑſonaꝝ pluralitas īſinuat̄ per
hoc qđ đ ⁊ ī plurali. qđ ſcimꝰ loq̄mur
⁊ qđ vidimꝰ teſtamur. Unitas eſſen
tie in hoc ꝙ nō dixit teſtionia nr̄a ſʒ
teſtioniū nr̄ʒ. hoc igit̄ ꝟacit̄ ē credē
dū ⁊ nō ē aliq̄d aliud īnq̄rēdū. Bern̄.
ad Eugeniū. Dicimꝰ tres ꝑſonas: ſʒ
nō eſt ꝑiudiciū vnitati. Dicimꝰ vnū
ſʒ nō ad ꝯfuſionē trinitatis. Quer̄
quō poſſit hoc eē: ſufficiat tibi crede
re ſic eſſe ſcrutari: hoc temeritatis
eſt: credere pietati: noſſe vita ē ⁊ vi-
ta et̄na. Nihilominꝰ tn̄ btā triā. ⁊ in
diuidua vnitas q̄drupl'r oñdi poteſt
Primo ſcripturaꝝ teſtionīs. Et ta-
libꝰ teſtioniīs ī q̄bꝰ error vel falſitas
nō pōt īcidere. Tres eī ſunt q̄ mēti
ri vl' falli nō pn̄t. ſ. deꝰ qui ē ipā pma
⁊ ſūma ꝟitas. Joh. xiiij. Ego ſum via
ꝟitas ⁊ vita. Angelꝰ q̄ oīa videt ī ipā
ꝟitate. Mat. xviij. Angeli eoꝝ ſp vi
dēt fa. pa. mei q̄ ī celis ē. ⁊ ꝓphe q̄ ce
perūt īfluētiā ab ipā pma ꝟitate. ij.
Pet̄. j. Spū ſctō īſpirati locuti ſūt ſā
cti dei hoīes. Quāuis aūt ꝓphe po-
tuiſſet fallere ⁊ falli īq̄tū erāt hoīes
puri: tn̄ nō īq̄tū īmediate a deo fue
rūt edocti. Pmo igr̄ teſtimonio dei.
Ge. j. Faciamꝰ hoīeʒ ad ymagineʒ ⁊
ſilitudinē nr̄am. Nō potuit aūt eſſe
hoc vꝰ ad āgelos: q ipi hoīes non
ſunt. Qđ igr̄ đt: faciamꝰ ad nr̄aʒ plu
ralitatē īdicat ꝑſonaꝝ: q ſi ibi nō eſ
ſet pluralitas ī ꝑſonis nō diceret fa
ciamꝰ ſʒ faciā nec nr̄am: ſʒ meā. Qđ
ꝟo ad ymaginē ⁊ ſilitudinē ꝑtinet
ad vnitatē ſubſtātie: q. ſ. vnitas ſi nō
eſſet nō diceret ad ymaginē: ſed ad
ymagīes: nec ad ſilitudieʒ: ſʒ ad ſili
tudies. Scđo hoc oñdit̄ teſtimonio
angeloꝝ. Nā ſicut hr̄. Eſa. vj. Ange
li q̄tidie clamāt ⁊ dicūt. Sāctꝰ ſctūs
ſctūs dn̄s deꝰ exercituū: plena ē oīs
t̄ra gl'a eiꝰ: ꝙ ei ter dicūt ſctūs ſāctꝰ
ſanctꝰ. reſpicit trinitatē ꝑſonaꝝ: ꝙ ſe
mel dicūt dn̄s deꝰ: reſpicit vnitatem
ſubſtātie. t̄tio hoc oñdit̄ auctoritate
ꝓphe dicētis. Bn̄dicat nos deꝰ deꝰ nr̄:
bn̄dicat nos deꝰ. ⁊c. In hoc ꝙ đr ter
deꝰ oñdit̄ ꝑſonaꝝ vnitas. In hoc ꝙ ī
ſingulari ſubīfert̄ eū: oñdit̄ eſſentie
vnitas. Et q apl'i eodē q̄ ⁊ ꝓphe ſpū
fuer̄t īſpirati. Jō ēt oñdit̄ apl'ica au
ctoritate cū đr. j. Joh. v. Tres ſūt q̄
teſtioniū dāt ī celo: pr̄: ꝟbū ⁊ ſpūſſan
ctꝰ ⁊ hi tres vnū ſūt. Scđo ipā trini-
tas ⁊ vnitas oñdit̄ creaturarū veſti-
giīs. Nō eſt tn̄ aliq̄ creat̄a q̄ ſibi va-
leat aſſimilari: q nec vmbra aſſimi
lat̄ corpi cuiꝰ eſt vmbra: nec veſtigiū
pedi cuiꝰ ē veſtigiū: nec ymago ei cu
ius ē ymago. Pōt tn̄ aliq̄ ſilitudo te
nuis īueniri: ⁊ hoc creaturis ſupio
ribꝰ medijs: ⁊ inferioribꝰ. In creatu
ri ſupioribꝰ ſicut ī ſole. Nā ſcđʒ aug.
tria ī ſole ꝯſiderant̄. ſ. qđ eſt: ⁊ qđ lu
cet: ⁊ qđ calet. i. ſubſtātia ſol': radiꝰ ⁊
calor. Radiꝰ ḡ de ſole naſcit̄: q filiꝰ
de pr̄e gn̄at̄. calor ab vtroq ꝓgredit̄
q ſpūſſanctꝰ ab vtroq ſpirat̄. Ipe
aūt ſol a nullo ꝓcedit: q pr̄ nō ē fa-
ctꝰ nec creatꝰ nec gēitꝰ nec ꝓcedēs ⁊
oīa tria ſūt vnꝰ ſol q ⁊ oēs tres ꝑſone
ſūt vnꝰ deꝰ. Scđo īuenit̄ ī creat̄is īfe
rioribꝰ: ſicut ī elemēto aq̄. Fōs enī
gn̄at riuū: ſic pr̄ gn̄at filium: fons et
riuꝰ faciunt ſtagnū ſic pr̄ ⁊ filius ſpi-
rāt ſpm̄ ſctm̄. Fons autem a nullo ꝓ
cedit: q pr̄ a nullo exiſtit. ⁊ tn̄ ī fōte
riuo ⁊ ſtagno ē eadē aqua: q in pr̄e
⁊ filio ⁊ ſpū ſancto eſt eadē ſubſtan-
tia. Tertio inuenit̄ in creaturis me
dijs ſicut in hoīe. Iſtud oñdit Aug.
in lib. de trini. dicēs. Mens ⁊ noti-
cia eiꝰ ⁊ amor: tria q̄dam ſunt. Mēs
eī nouit ſe ⁊ amat ſe: nec eī poſſet ſe
amare niſi ſe noſceret ipā aūt mēs
eſt quaſi parens: noticia eius quaſi
ꝓles. t̄tius eſt amor q̄ de ipſa mente
⁊ noticia ꝓcedit: dū mēs cognoſcēs
ſe diligit ſe: non eīm poſſet ſe dilige-
re niſi ſe cogn̄ſceret. Tertio ipā tri-
nitas ⁊ vnitas demonſtrat̄ oſtēſis fi
guris. Quaꝝ vna pōit̄. Gen̄. xviij. vbi
abrahā vidit tres viros ⁊ vnū adora
uit: vbi ſcđʒ glo. trinitatis ⁊ vnitatis

mysterii declarat. Scd'a figura po
nit. Gen.xl. vbi dr ꝙ picerna regis
pharaonis vidit tres ꝑpagines i vna
vite ꝑ qd signant tres ꝑsone in vna
deitate. Tertia figura ponit. Dan.
v. vbi dr ꝙ apparuerunt tres digiti q̃
si man⁹ hois scribētis: appēdit: nūe
rauit ⁊ diuisit. Manus ista ē ipe de⁹
qui oia creauit. In q̃ manu sūt tres
digiti. i. tres ꝑsone de qb⁹ dr Esa. xl.
qs appēdit molē terre trib⁹ digitis. Q̃
uis igr oēs isti tres digiti hēant ap
pēdere: nūerare ⁊ diuidere: pr tn̄ ꝑ
suā potētiam oia appēdit. i. portat ⁊
custodit. Fili⁹ ꝑ suā sapiaz oia nūe-
rat. i. cognoscit ⁊ inuestigat. Sp̄ussan
ct⁹ ꝑ suā bōitatē oia diuidit. i. ꝑ do-
na sua oib⁹ distribuit. Qrto ipa trini
tas ⁊ vnitas demōstrat ōnsis miracu
lis. Quoꝝ tria tn̄ ponam⁹. Legit i
hystoria schol. ⁊ Eusebi⁹ idē testat ꝙ
circa natiuitatē xp̄i tres soles i oriē
te appuerūt: q̃ paulatī ad se appropi
quātes i vnū solē redacti sūt ꝑ qd fi
gurabat ꝙ cognitio trinitat ⁊ vni⁹
dei toti iminebat orbi. Scd'm mira-
culū ē qd narrat eutropi⁹. cū ei qdā
sacerdos arrian⁹ quēdā baptizaret
⁊ formā trinitatis mutaret dicens.
Baptizo te i noīe p̄ris cū filio in sp̄ū
sctō volēs ex hoc ōndere filiū ⁊ sp̄m
sctm̄ p̄ri equalē nō esse subito aq̄ di
sparuit ⁊ baptizand⁹ ad ecc'iam ca
tholicā ꝯiungit. Tertiū miraculū ē
qd narrat Sigibert⁹ ⁊ i qdā croni-
ca legit. Cū ei itra galias arriana
hēsis pullularet: q̃ filiū ⁊ sp̄m sctm̄
miores p̄re affirmat: vnitas substā
tie triū ꝑsonaꝝ euidēti miraculo de
mōstrabat. Nā circa annos dn̄i qn-
gētos quīquagīta in vrbe vasacēsi.
Dū ep̄s eiusdē vrbis missaz celebra
ret vidit tres guttas clarissimas eq̄
lis magnitudinis de celo sup altare
emissas. Que sibi paulatī appropin
quātes vnā gēmā pulcherrimā esse
cerunt: quā cū in medio cuiusdam
crucis auree posuisset alie gēme q̃
